**Summa perfectionis magisterii in sua natura, ex Bibliothecae Vaticanae exemplari ... / edita, cum quorundam capitulorum, vasorum, et fornacum ... librique investigationis magisterii, et testamenti eiusdem Geberis.**

**Contributors**

Geber, active 13th century.

**Publication/Creation**

Rome : E. Silber, [1510-1520?]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/jujxyxhs

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

WELLCOME
HIST. MED. MUSEUM

£7.7.0 ~~22g15~~

circa 1525-30
"*Fort rare*" Brunet.

Collated - one sheet., c, wanting - & two pages of f. misplaced - but otherwise perfect.

Ferguson I 362.
Silber 1490-1590

2713/A

N.VI.a

1046

40982

Geberi Philosophi Summa Perfectionis Magisterii in sua natura. — Liber investigationis. — Testamentum de metallorum transmutatione. — Liber trium verborum. — Avicenna Mineralia. — Epistola Alexandri Regis. — Merlini Allegoria. — Rachaidi Fragmentum. —

Romae — Marcellū Silber.

S. A. sed circa ~~1510~~ 1525

A curious collection of Tracts on Alchemy. Very rare.

This curious volume appears to have escaped all Bibliographers. It is prettily printed in the Roman Letter, and has a curiously arranged Title.

From a Poem at the end by Faustus Sabaeus, he appears to have been the Editor of the Work. —

G
eberis
philoſophi
perſpica-
ciſſ. Sum
ma perfec
tionis ma
giſterii in
ſua natu-
ra, ex Bi-
blio thecæ Vaticanæ exemplari vnde cũq;
emendatiſſimo nuper edita, cum quorum
dam Capitulorũ, Vaſorum, & Fornacũ,
in volumine alias mendoſiſſime imp̃ſſo
ommiſſorum. Libriq; Inueſtigationis ma
giſterii, & Teſta menti eiuſdẽ Ge
beris, ac aurei T rium verborum
Libelli, & Auice nnæ ſummi me
dici & acutiſſimi philoſophi Mineraliũ ad
ditiõe caſtigatiſſima Cũ gratia & priuilegio

## Cuſtodes Bibliothecæ vaticanæ Alchimiæ Studioſis recte ſapere.

CVm multi cuiuſcunq; claſſis hac tempeſtate Alchimiæ ſectatores reperiantur: qui naturalis philoſophiæ latentes cauſas perſcrutantur, vt lapidem (vulgo) philoſophorum appellatum ex chartaceis ambagibus eliciant: & e manibus Raynaldi Raymũdi Geberis, & Monachorum nonnullorum, ne dicam etiam ſummorum Theologorum extorqueãt, ingenioſiores peruerſe interpretando: proniores ambigua affirmando: ſtolidiores chimeras credendo: promptiores experiendo, prodigiæs ſuum effundẽdo & daperdendo, hoc fine concluduntur, vt tempus conterant: vana promittant: verba ampulloſa effutiant: & ab omnibus deriſui & ioco habeantur: vt demum pro lapide pecuniam dilapident: hinc ars tam rara, immo ſcientia tam ſupernaturalis, illuſio & mera deceptio habeatur & credatur. Nec mirum, cum huius diuinę inuentionis ſtudioſi aſſidue Gebe

rim lectitent, & ſicut ſuum Ariſtarchum admirentur: ei inhæreant, inuigilent, & incumbant, vt Alexander macedo pediæ Cyri factitare ſolebat. Cum q; ille infinitis erroribus ſcaturiat, & cæcus, mancus, immo alius circũ feratur: & vt ſatyrus ſcyllanus non loquatur ſed frendat: non doceat ſed dedoceat: & ingenium lectitantium caligine inuoluat & euertat. Veſtris vanis laboribus & diſpendiis occurrere decreuimus, illius vulneribus medendo: lippientibus oculis collyrium applicando: dyſcraſiam eliminando: trũcatiſq; membris (vt Pelopi) formoſiora reſtituendo vt tandem Medeæ decoctus aries, effigiari, & iuueneſcere, animari, & ſplendere, & totus ſibimet reddi videatur: Ex bibliotheca 'vaticana, veluti equo troiano Machaonem depromendo. Qui huic curationi inſudans attentiſſime inuigilauerit, ac conclamantum a ianuis Proſerpinæ eruens, vitæ, luci, & cãdori, ac vobis reſtituerit: huic igitur lepido blãdiamini: tam docte & profunde diſſerentem admiremini: Cuius verba archanam doctrinam, ſententiæ margaritas: & præcepta aurum obrizum pollicentur & elargiuntur.

Quantum autem vos,qui pleriq; eſtis naturę
diuitis ſcrutatores noſtræ diligentiæ debe-
atis(quibus per cimerias tenebras ambulan-
tibus Cleantis lucernam ſubminiſtrauimus:
& in antrum Trophonii deturbatos eduxi-
mus,& in lucem protulimus)ſi vnquam tam
rari,tam latentis, tam cęleſtis theſauri deſu-
data cognitio ad vos peruenerit)iudicabitis.
Interim lectitate:hunc imbibite & inſudate:
& proteruia deos exoratos habetote: vt hęc
veritas archaniſſima tantis mendaciis & am-
bagibus tecta: omnibus mundi nominibus
appellitata; raris per libros habita: tamen
ſemper adamata: rarioribus per præcepto-
rem precepta,nihilominus non derelicta:ra-
riſſimis per reuelationem infuſa, non tamen
deſperata,vobis aperiatur. Vt exemplari bi-
bliothecæ vaticanæ vndecunq; emendatiſſi-
mo,cuius hæc fętura ornatiſſima prodiit, &
noſtro labori pro re veſtra ſuſcepto, gratias
habeatis & agatis,hunc nouum & integrum
Geberim aurifodinarum locupletiſſimũ quo
libet pretio comparate, Ac meliores,rariores
& profundius diſputante authores prope-
diem expectate & Valete.

## Primi libri Summæ Geberis philoſophi per ſpicaciſſ. De perfectione magiſterii in ſua natura Prohæmium.

De impedimentis quibus impeditur huius operis artifex generali ſermone. cap.i.
De impedimentis ex parte corporis. cap.ii.
De impedimentis ex parte animæ. cap.iii.
De impedimentis fortuito caſu ſuperuenientibus. cap.iiii.
De his quæ oportet artificẽ cõſiderare cap.v
De perſuaſionibus Sophiſtarum. cap.vi.
De principis naturalibus ſuper quæ actionem ſuam fundat natura. cap.vii.
De ſolutionibis ad perſuaſiones Sophiſtarum. cap.viii.
De rationibus negãtiũ artẽ a datis. cap.ix.
De ſupponentibus in ſpiritibus artem fore. cap.x.
De ſupponentibus in corporibus, lapidibus, ſalibus, aluminibus, baurachiis, vel creſcẽtibus artem fore. cap.xi.
De naturalibus principiis Mercurii, Sulfuris & Arſenici. cap.xii.

De Sulfure. cap.xiii.
De Arſenico. cap.xiiii.
De Mercurio. cap.xv.
De corporibus metallicis quæ ſunt effectus principiorum naturæ. cap.xvi.
De Sole. cap.xvii.
De Luna. cap.vxiii.
De Saturno, cap.xix.
De Ioue. cap.xx.
De Venere. cap.xxi.
De Marte. cap.xxii.

Secundi libri Summæ Geberis philoſophi perſpicaciſſ. De Principiis magiſterii, & de perfectione euiſdē Prohęmium.

De Sublimatione ad quid inuenta ſit. cap.i.
De diuerſitate Sublimationis, & qualiter debeat fieri & ordinari. cap.ii.
De fecibus & fornace. cap.iii.
De ſpiſſitudine furni. cap.iiii.
De forma aludel. cap.v.
De lignorum proportione. cap.vi.

De ſublimatione Mercurii. cap.vii.
De ſublimatione Marchaſitæ. cap.viii.
De ſublimatiõe Magneſiæ & Tutiæ. cap.ix.
De ſublimatione diminutorũ corporũ. cap.x
De Deſcenſione. cap.xi.
De Diſtillatione triplici ſcilicet per alembi-ch, chiiam, & filtrum. cap.xii.
De Calcinatione. cap.xiii.
De Calcinatione cum ſalibus. cap.xiiii.
De Solutione. cap.xv.
De coagulatione Mercurii & rerum ſolutarum. cap.xvi.
De coagulatione Mercurii per præcipitationem. cap.xvii.
De Fixione & modis eius. cap.xviii.
De Creatione. cap.xix.

Tertii libri Sũmæ Geberis philoſophi perſpicaciſſ. De conſideratione rerum ex quibus eſt perfectio magiſterii Prohęmium.

De Sulfuris & Arſenici eſſentia. cap.i.
De Mercurii eſſentia. cap.ii.

De Magneſiæ Marchaſitę ac Tutiæ eẽtia. c. iii.
De Solis eſſentia. cap. iiii.
De Lunæ eſſentia cap. v.
De Martis eſſentia. cap. vi.
De Veneris eſſentia. cap. vii.
De Iouis eſſentia. cap. viii.
De Saturni eſſentia. cap. ix.
De duplici medicina cuiuſlibet corporis imperfecti & Argẽti viui. ſ. alba & rubea. cap. x.
De Adminiſtratione & mundificatione corporum diuerſificando ſecundum diuerſitatẽ eſſentiarum ſuarum. cap. xi.
De Saturni, & Iouis in communi præparatione. cap. xii.
De Saturni in ſpecie præparatione. cap. xiii.
De Iouis in ſpecie præparatione. cap. xiiii.
De Veneris præparatione. cap. xv.
De Martis præparatione. cap. xvi.
De duorum corporum molliſicatiõe, & molliũ induratione. cap. xvii.
De Mercurio lauacro. cap. xviii.

Quarti libri Summę Geberis Philoſophi pſpicaciſs. ac Indiæ Regis de Medicinis ſermone vniuerſali. Et de quinq; differentiis pfectionis earum Prohęmium.

De præparatione ſubſtantiæ Argēti viui in medicinæ proiectione. cap. i.
De medicinarum triplici ordine. cap. ii.
De omnium medicinarum differentia. cap. iii.
De Veneris medicinis in primo ordīe. ca. iiii.
De Martis medicinis ī primo ordine. cap. v.
De Lunę medicinis ī primo ordine. cap vi.
De ſecundi ordinis medicinis. cap. vii.
De medicinarum ſecundi ordinis adminiſtratione. cap. viii.
De defectuum ſupplemento poſt adminiſtrationem medicinarū ſecundi ordinis. cap. ix.
De medicinis Argenti viui, & ingreſſu earum. cap. x.
De tertii ordinis adminiſtratione. cap. xi.
De Solaris & Lunaris medicinæ adminiſtratione. cap. xii.
De examinationibus quibus cognoſcitur verū

magiſterium ſit in perfectione. cap.xiii
De Cineritii examine. cap.xiiii.
De Cementi examine. cap.xv.
De Ignitionis examine. cap.xvi.
De Fuſionis examine. cap.xvii.
De examine expoſitionis corporum ſuper vapores acutos. cap.xviii.
De Extinctionis examine. cap.xix.
De examine in mixtione Sulfuris. cap.xx.
De examine Calcinationis, & Reductionis corporum. cap.xxi.
De examine in facili & difficili mixtione Argenti viui. cap.xxii.
Opis totius ĩ vna Sũma recapitulatio. ca.xxiii.

Libri Inueſtigationis magiſterii Geberis Philoſophi perſpicaciſſimi, ac Indie Regis Prohęmium.

De Salis communis præparatione. cap.i.
De Salis vitri præparatione. cap.ii.
De Salis nitri præparatione. cap.iii.
De Salis gemmę præparatione. cap.iiii.

De Salis alcali præparatione. cap.v.
De Salis armoniaci pręparatione. cap.vi.
De Salis tartari præparatione. cap.vii.
De Salis vrinæ præparatione. cap.viii.
De Aluminis glaciæ vel rocæ præparatio-
ne. cap.ix.
De Aluminis iameni præparatione. cap.x.
De Aluminis plumoſę præparatione. cap.xi.
De Atramenti nigri pręparatione. cap.xii.
De Cuperoſe præparatione. cap.xiii.
De Vitrioli romani præparatione. cap.xiiii.
De Ceruſæ præparatione. cap.xv.
De Albi hiſpanici præparatione. cap.xvi.
De Viridis æris ꝑparatione. cap.xvii.
De Croci ferri ꝑparatione. cap.xviii.
De Litargirii præparatione. cap.xix.
De Antimonii præparatione. cap.xx.
De lapidis Lazuli ꝑparatione. cap.xxi.
De lapidis Emaritis ꝑparatione. cap.xxii.
De Boli præparatione. cap.xxiii.
De Cinabrii præparatione. cap.xxiiii.
De Tutiæ præpartione. cap.xxv.
De Vitro & Baurachiis. cap.xxvi.

De Aceti acerrimi præparatione. cap. xxvii.
De Iouis præparatione. cap. xxviii.
De Saturni præparatione. cap. xxix.
De Veneris præparatione. cap. xxx.
De Martis præparatione. cap. xxxi.
De perfectorum corporum maiori perfectione. cap. xxxii.
De Argēti ſubtiliatiōe & pfectione. cap. xxxiii.
Operis totius Recapitulatio. cap. xxxiiii.

Teſtamēti Geberis Philiſophi pſpicaciſs. ac Indiæ Regis.

De Salibus Animalium, Piſcium, Volatilium, Vegetabilium, & aliorum. cap. i.
De ſalibus Metallorum. cap. ii.
De Solis calcinatione. cap. iii.
De Veneris calcinatione. cap. iiii.
De Saturni calcinatione. cap. v.
De Martis calcinatione. cap. vi.
De Lunæ calcinatione. cap. vii.
De Iouis calcinatione. cap. viii.
De Marte. cap. ix.

De Luna. cap. x.
De Ioue. cap. xi.
De Saturno. cap. xii.
De Marte. cap. xiii.
De Calce Saturni, Veneris, & Martis. cap. xiiii.
De Salibus metallorum. cap. xv.
De Metallorum ſalibus. cap. xvi.
De Salibus Metallorum. cap. xvii.
De Mercurio Iouis. cap. xviii.

Libri Trium verborum kallid Rachaidibi Philoſophi acutiſſimi De philoſophici Lapidis qualitate. cap. i.
De Philoſophici Lapidis proprietate. cap. ii.
De occulta caliditate & ſiccitate in humido & frigido exiſtentibus. cap. iii.
De conuerſione ſpiritus in corpus, & corporis in ſpiritum. cap. iiii.
De Planetarum, & eorum imaginum operibus in Mercurio exiſtentibus. cap. v.
De Planetarum in opere Alchimiæ obſeruatione. cap. vi.
Expoſitionis Trium uerborum. cap. vii.

De gradibus Ignis. cap.viii.

Auicennę De Lapidum congelatione & cōglutinatione. cap.i.
De cauſa Montium. cap.ii.
De Mineralium corporum quattuor ſpeciebus. cap.iii.

Cuiuſdā Epiſtolæ, quæ Alexandri Macedonū Regis nomine circunfertur, interpretatio, abditam philoſophici Lapidis compoſitionem ſapiētibus acutiſſime declarans.

Authoris ignoti, philoſophici Lapidis ſecreta methaphoricæ deſcribentis, opuſculum.

Merlini allegoria, profundiſſimum philoſophici Lapidis archanum perfecte continens.

Rachaidibi, Veradiani, Rodiani, & kanide, philoſophorum Regis Perſarum, De materia philoſophici Lapidis acutiſſime colloquentium, Fragmentum.

# LIBER PRIMVS

## Primi libri Summæ Geberis Philoſophi perſpicaciſs. de perfectione magiſterii in ſua natura Prohæmium.

TOTAM noſtram ſcientiam quã ex dictis antiquorum abbreuiauimus compilatione diuerſa in noſtris voluminibus, hic in Summa vna redegimus. Et quod in libris a nobis ſcriptis eſt diminutum: ſufficienter in hac traditione huius noſtri libri recompenſauimus: & ipſorum defectum ſuppleuimus ſermone breui. Et quod occultum fuit a nobis in parte vna, manifeſtum fecimus illud in parte eadẽ in hoc noſtro volumine: vt ſapientibus patefiat complementum tam excellentiſſimæ nobiliſq; partis philoſophiæ. Scias ergo chariſſime fili, in hoc opere, totam artis operationem, in capitulis generalibus, vniuerſali diſputatione, ſine diminutione aliqua ſufficienter contineri. Per

deum qui ſecundum hunc librum operatus fue
rit, verum finem huius artis adinueniſſe letabi-
tur. Sed ſcias cariſſime, quoniam qui princi-
pia naturalia in ſe ipſo ignorauerit: iam multũ
remotus eſt ab arte noſtra. quoniam non habet
radicem veram, ſupra quam intentionem ſuam
fundet. Et qui principia ſua ſciuerit naturalia,
& cauſas omnes: nõ tamen adeptus eſt verum
finem & proficuum huius artis occultiſſimę. ha
bet tamen faciliorem aditum ad artis principia
licet ignorantia cadat ſuper intentionem eius
de modo huius noſtri operis, & hic parum re-
motus eſt ab artis introitu. Qui vero ſciuerit
naturæ principia, & cauſas mineralium, & ge-
nerationis modum, ex intentione naturæ conſi
ſtit: parum quidem aufertur ab eo de operis cõ
plemento: ſine quo non poteſt ſcientia noſtra
perfici. quoniam ars in omnibus imitari nõ po
teſt naturam operis: ſed imitatur eam ſicut debi
te poteſt. Cariſſime igitur fili ſecretum tibi pã-
dimus. quoniam in hoc artifices errant: quia na

turam in omnibus proprietatũ differentiis acti
onis imitari deſiderant. Labora itaq; ſtudere in
noſtris voluminibus: & ea ſepiſſime mẽte tuæ
reuolue: vt intentionem ex noſtræ loquelę mo
do veram acquiras. quia in eis inuenies ſuper
quo mentem tuam fundare debeas, & ſcias ex
eis errores a te repellere, in quibus imitari natu
ram poſſis, ĩ tui operis artificio. Ponamus ergo
breuiter primo impedimẽta omnia, quibus in
opere impeditur artifex, ne verũ finẽ adipiſcat̃.
Dicemus in ea quæ artificem huius artis opor-
tet in ſe habere: & prius diſputabimus contra
ignorantes & Sophiſtas, qui propter eorũ igno
rantiam & impotentiam, huius artis magiſte-
rii proficuum inquirendo, artem interimunt, &
ponunt non eſſe. Ponemus igitur omnes ratio
nes illorum: & poſtea eas euidẽtiſſime deſtrue-
mus: ita q́ prudentibus ſatis pateſiat aperte, nul
lam illorum ſophiſmata veritatem continere.
Secundo diſputabimus ſuper principia natura-
lia, quæ ſunt de intentione naturę: & ibidem ſu

per modo generationis & mixtionis eorũ adin uicem ab opere naturæ. Inſuper diſputabimus conſequẽter ſuper effectus ſecundum antiquo rum philoſophorum ſententiam. Quarto vero narrabimus principia, quę ſunt ad intentionem huius noſtri operis: in quibus imitari naturam poſſumus: & modum permiſcendi & alteran-di, ſecundum curſum naturæ cum cauſis ſuis ad intentionem noſtri operis reducendis.

## De impedimentis quibus impedi-tur huius operis artifex. Cap. i.

SVnt ergo impedimenta huic operi ſuper-uenientia duo. Naturalis impotentia: & impenſæ neceſſariæ defectus: vel occupa-tionis laboris. Naturalem tamen impotentiam multiplicem eſſe dicimus. Ex parte ſcilicet orga ni ipſius artificis. & ex parte ipſius animæ. Ex parte autem organi artificis multipliciter: quia

ſcilicet organum ſit debile aut ex toto corruptũ. Ex animæ vero impotentia multipliciter: vel quia ſit anima peruerſa in organis, propter organa nil rectitudinis uel rationis in ſe habens: ſicut anima inſani, vel fatui. vel quia ſit fantaſtica: contrariarum formarum facile ſuſceptiua indebite: & de vno ſcibili ad eius oppoſitum extẽſiua ſubito: & de vno vniuerſali ad eius oppoſitum veriſimiliter.

De impedimentis ex parte corporis. Cap. ii.

IAm tibi generaliter determinauimus huius operis impedimẽta. Nunc vero ſpecialiori ſermone te alloquimur in hoc capitulo, & magis aperte, & narrabimus tibi omnia illa impedimenta pleniſſime & ſeriatim. Dicimus igitur ꝙ ſi non habuerit ſua cõpleta organa. non poterit ad huius operis complementũ peruenire: velut ſi cęcus fuerit: vel in extremis detruncatus: quoniam non iuuatur a membris,

quibus ars iſta perficitur, tanquam naturæ miniſtrantibus. Si vero fuerit artificis corpus debile & ęgrotum: ſicut febricitantium vel leproſorum corpora, quibus membra cadunt: & in extremis vitæ laborantium. & iam ætatis decrepitę ſenium: ad artis complementum nõ perueniunt. His igitur naturalibus corporis impotẽtiis impeditur artifex in intentione ſua.

## De impedimentis ex parte animæ. Capitulum. iii.

PRomiſimus tibi capitulum vnum: in quo narrauimus ſermone abſoluto manifeſta impedimenta ex parte corporis artificis dependentia. Reſtat nunc narrare breuiter impedimenta ex parte animæ. quæ maxime ſunt impedimẽta contra huius cõplementũ operis: ¶ Dicimus igitur ꝙ qui non habuerit ingeniũ naturale, & animã perſcrutãtem ſubtiliter principia naturalia, & naturæ fundamenta: & artifi-

cia, quæ conſequi naturam poſſint in ſuæ actio nis proprietatibus, non inueniet huius ſcientiæ pręcioſiſſimę veram radicem. ſicut ſunt multi q duram habent ceruicem & omni perſpicatione ingenioſe vacuam: qui & vix cõmunem intelli gere queunt rationem, & opera ſimiliter vulgo communia cum difficultate diſcunt negociari, Ab his etiam multos inuenimus animam ha= bere facilem opinantem fantaſiam quamlibet. Sed quod credunt verum inueniſſe, fantaſticũ eſt totum, rationi deuium, & errore plenum: & ſemotum a principiis naturalibus. quoniam eorum cerebrum multis repletum fumoſitati= bus, non poteſt recipere veram rerum natura= lium intentionem. Sunt etiam præter iſtos alii, qui mobilem habent animam de opinione in opinionem, & de voluntate in voluntatem, ſi= cut qui modo credunt hoc, & idem volunt ſine rationis vllius fundamento. poſt illud vero pa rum: & aliud credunt ſimiliter, & aliud volunt. & hi tam mobiles ſunt. vt vix minimum eius,

ad quod intendunt poſſint cõſumere.ſed dimi-
nutum potius illud relinquunt. Sunt ſimiliter &
alii: qui aliquam non poſſunt videre veritatẽ
ex rebus naturalibus pluſquam beſtia. uelut mẽ
te capiti & inſani & pueri Sunt & alii, qui con
temnunt ſcientiam: & ipſam non putant eſſe:
quos ſimiliter ſcientia contemnit. ipſoſq; ab hu
ius pręcioſiſſimi fine operis repellit. Et ſunt alii
ſerui pecuniæ qui deſiderantes hanc ſcientiam
mirabilem ipſam affirmant veram, ſed ipſa diſ
pendia interponere timent. Ideoq; licet ipſam
affirment: & ſecundum rationem ipſam inue
ſtigent. tamen ad operis experientiam nõ per
ueniunt propter pecuniæ auaritiam. Ad hos
igitur nõ peruenit ſcientia noſtra. Qualiter au
tem qui ignorauerit: vel ſcientiam inueſtiga-
re neglexerit: ad ipſam perueniet?

De impedimentis fortuito caſu ſu
peruenientibus. Cap. iiii.

REduximus ad duo capitula impedimẽta huius artis, omnia finem retardantia. quę ſunt ex principiis radicalibus, ſecundum naturam artificis huius præcioſi negotii. Expedit ergo tantum narrare impedimẽta exterius ſuperuenientia ex contingentibus fortuitis, & caſibus, quibus impeditur hoc opus glorioſum. Vidimus ergo quoſdam aſtutos, & ingenioſos, minime ignorantes opera naturæ, & ipſam in quibus eſt poſſibile ſequentes principiis, & operibus: quibus eſt inueſtigatio non fantaſtica in omnibus rebus: quæ naturæ regulantur actionibus infra lunarem circulum Hi tamen vltima paupertate depreſſi, ex diſpẽſationis indigentia, hoc tam excellentiſſimum magiſteriũ coguntur poſtponere. Sunt & multi alii præter nũc dictos curioſi variis huius mũdi curis& ſolicitudinibus detenti ſc omni negotio ſæculari totos occupantes, a quibus hæc noſtra ſcientia pręcioſa refugit: Iam ergo tibi ſatis ex præmiſſis capitulis patet, quæ ſint ab ac arte

retrahentia impedimenta.

## De his quæ oportet artificem conſiderare. Cap.v.

COncludimus igitur ex p̄dictis: q̄ oportet artificem huiusoperis in ſcientiis philoſophiæ naturalis eruditum eſſe & prouectum: quia quantumcunq; ingenium naturaliter profundum habuerit, & deſiderium in hoc artificio & philoſophiam adeptus fuerit naturalem: non tamen ipſius finem acquiret. niſi ex doctrina, quia quod per ingeniū naturale non adipiſcitur. huius defectui per doctrinam ſubuenitur. Oportet etiam altiſſima perſcrutatione, & induſtria naturali artificem iuuari. Per doctrinā enim quantamcunq; ſcientiam acquiſiuerit, niſi ab induſtria iuuetur naturali: ad epulas tam p̄cioſiſſimas non inuitabitur. In puncto enim errorem ſuum emendaret per ſuam induſtriam, cui remedium ignoraret adhibere. ſi ſola doctri

na fundatus foret. Et errori ſuo ſimiliter ſubue-
niret in pũcto ex acquiſita ſcientia per doctrinã
quę per ſolam naturalẽ induſtriam euitare non
poſſet: quoniam ars ab ingenio iuuatur: & inge
nium ab arte ſimiliter. Et ipſum ſimiliter neceſ
ſarium eſt conſtantis volũtatis in opere fore. vt
non modo hoc, modo illud attentare pręſumat
quia in rerum multitudine ars noſtra non perfi
citur. Eſt enim Lapis vnus, medicina vna, in
quo magiſterium conſiſtit. cui non addimus rẽ
extraneam aliquã, nec minuimus: niſi quia in
præparatiõe eius ſuperflua remouemus. Opor
tet igitur ipſum ſedulum operi vſq; ad ipſius cõ
ſumationem inſiſtere. vt non opus detruncatũ
dimittat. quia nec ſcientiam nec proficuum ex
opere diminuto acquiret. ſed potius deſperatio
nem & damnum. Expedit etiam ipſum hu-
ius artis principia, & radices principales, quę
ſunt de eſſe operis non ignorare. quia qui prin
cipia ignorat, finem non inueniet. Et nos di-
cemus tibi principia illa omnia ſermone com-

pleto:nec non & prudentibus ſufficienter aper to & manifeſto, ſecundum huius noſtræ artis exigentiam. Expedit ergo ſimiliter temperatũ & parcum in ira eſſe. ne ſubito propter irę impetum, iam incepta diſſipet & deſtruat. Similiter & pecuniam ſuã cuſtodiat:ne præſumptiue eam vane diſtribuat. vt ſi forte artem non inuenerit, relinquatur in miſeria & deſperatiõe paupertatis. Vel ne forte cum iam ad finem per ſuã indagationem approximauerit, conſumpta ſint ipſius diſpendia, & verum finem miſer violenter ex paupertate relinquat. ſicut cum in principio, qui ignorant ſuum theſaurum totum exterminant. Cum autem hi ad fines fuerint, non habent vlterius ex quo laborent. Vnde dicitur hi tales in mœrore ſepeliuntur:& quia pecuniam ſuam diſſipauerunt in rebus inutilibus: & quia ſcientiam, quam protinus indagaſſent:nobiliſſimam amittunt. Non enim oportet tua bona cõſumere. quoniam vili præcio, ſi artis principia non ignoraueris, quæ tibi tradidimus, & recte

intellexeris ad complementum magiſterii per-
uenies. Si igitur æs tuum perdideris. nõ atten-
dẽdo noſtro monita, quæ tibi in hoc libello ſcri
pſimus aperta & manifeſta: non nos inique cor
rodas, nec nobis blaſphemias inferas, ſed tuæ
imputa ignorantiæ & præſumptioni. Non igi-
tur hæc ſcientia bene conuenit pauperi, uel in-
digẽti: ſed potius eſt ei inimica & aduerſa. Nec
etiam adinuenire nitaris ſophiſticã operis me-
tam: ſed ſoli ſis complemento intentus: qm̃ ars
noſtra in potentia dei ſeruatur, & cui vult eam
largitur & ſubtrahit: qui eſt glorioſus: & ſubli-
mis, & oĩ iuſtitia & bonitate repletus. Forte .n.
ex ſophiſtici vindicta operis tibi artem denega
ret: & in deuio erroris te detruderet: & ex erro-
re in infœlicitatem & miſeriam perpetuã. Mi-
ſerrimus enim & infœliciſſimus eſt, quẽ deus
poſt operis ſui atq; laboris finem: veritatem de-
negat conſpicere: quoniam vitæ ſuæ ſpacium
ſemper in mœrore concludit & terminat. Hic
enim in labore conſtitutus perpetuo, omniq;

infortunio & infęlicitate obſeſſus, totam huius ſæculi conſolationē, gaudium, & delectationē amittit. & vitam ſuam in mœrore ſine proficuo conſumit. Studeas ſimiliter cūm in opere fueris omnia ſigna, quæ in qualibet decoctione apparent, in mentem ſigillare, & illorum cauſas inquirere. Hæc igitur ſunt quæ neceſſaria ſunt artifici ad artem noſtram idoneo. Si vero alterū eorum quæ narrauimus defuerit, huic arti non adhæreat.

## De perſuaſionibus Sophiſtarum. Cap. vi.

QVoniam in ſumma huius noſtri libri iā præmiſimus omnia huius operis impedimenta: & doctrinam tibi dedimus ad artis adhærentiam ſufficienter. expedit nos ſecundum noſtri propoſiti intētionē contra Sophiſtas & ignorantes diſputare. Primo ipſorum rationes ponendo ſecundum ꝙ

Promiſimus in principio nos determinaturos eſſe. Vltimo vero eas oēs intimādo manifeſta oſtēſione demōſtrare ſapiētibus nil veritatis cō tinere. Sūt aūt diuerſi qui eā negant & deſtruūt Alii quidem ſimpliciter:alii vero ex datis a ſup ponente cauſa reprobare nituntur. Sunt enim aliqui aſſerentes artem non eſſe vt prædiximus ſimpliciter ſuam opinionem ſophiſtice taliter roborantes. Diſtinctæ ſunt rerum ſpecies & di- uerſitates.quia diuerſæ ſunt & dictinctæ elemē torum adinuicem in commixtione proportio- nes. Eſt enim aſinus diuerſus ab homine in ſpe cie.quia multo diuerſam habuit elementorum in ſui compoſitione proportionem.ſic & in cæ- teris rerum diuerſitatibus eſt inducere. ergo & in mineralibus. Ignota igitur miſcibilium pro portione,qua adipiſcitur forma & rei perfectio quomodo mixtum vel miſcendū formare ſcie- mus?ſed ignoramus ſolis lunæ necnon elemē- torum proportionem:ergo formare ipſa igno rare debemus? Ex his igitur concludūt,inutilis

eſt ars iſta & impoſſibilis. Similiter etiam aliter arguunt magiſterium noſtrum interimentes. dicunt enim & ſi proportionem elementorum ſcires modum tamen mixtionis adinuicem eorũ ignoras. quoniam in cauernis & mineris & abſconſis locis, hæc natura procreat. ergo cũ modum mixtiõis eorum ignoras & hoc facere ſingulariter ignoras. Iterum ſimiliter arguunt. Etſi hoc debite ſcires, in mixtionis tñ actione ignorares calorem æquare agentem, quo mediante res iſta perficitur. Certam enim habet natura caloris quantitatem, qua metalla in eſſe producit cuius menſuram ignoras. Similiter & alias naturæ cauſarum differentias agentium ignoras, ſine quibus non poſſet natura intentũ perficere his ergo ignoratis, & totus ſimiliter agendi modus artis ignorabitur. præterea rationem in experientia tibi adduco. Tam diu eſt enim a viris ſapientibus hæc perquiſita ſcientia, quoniam ſi poſſibile eſſet ad eam per aliquam uiam peruenire, iam millies compleuiſſent. Similiter etiam

eum philoſophi non ſint in ſuis voluminibus auſi eam tradere. nec in eis veritatem reperiamus manifeſtã: ſatis per hoc eſt probabile. hãc ſcientiam nõ eſſe. Similiter etiam multi huius mundi Principes & Reges theſaurum infinitũ & philoſophorum copiam habentes, hanc artẽ adinuenire deſiderauerunt. non tamen ad hunc prætioſiſſimę artis fructum pertingere potuerunt. hoc vtiq; ſatis ſufficiens eſt argumentum: ꝙ ars ſit friuola. Similiter etiã in debilibus mixtionibus ſpecierum ſequi naturam non poſſumus, quoniam in formando aſinum ſecundum naturam organizatum, ſequi naturam non valemus. Aſinum enim fingere ignoramus: & cõ ſimilia: quorum mixtiones ſunt debiles & manifeſtę quaſi ſenſibus. quare & multo magis metallorum mixtionem, quæ eſt fortiſſima ignorabimus: quę eſt etiam noſtris ſenſibus & experientiis occultata penitus. cuius ſignum eſt difficultas reſolutionis metallorum ex ipſis. Similiter etiam non videmus bouem in capram trãſ

mutari.nec aliquam aliam ſpeciem in aliam p artificium reduci. Quomodo igitur cū metalla differant ſpecie, niteris adinuicem ſecundū ſpeciem trāsformare, vt de tali ſpecie talem ſpeciē facias? Abſurdum ſatis hoc nobis videtur: & a veritate data & a principiis naturalibus ſemotum. Similiter etiam in millibus annorum natura metalla pficit. quomodo & tu in artificio trāſmutationis, per annorum millia durare poteris? cum vix annorum cētum etatem pertingere valeas. Si tamen ad hoc vtiq; taliter fuerit reſponſum quia quod non poteſt natura perficere in maximo temporis ſpatio, in breui per artificiū noſtrum implemus: quoniā artificium in multis naturæ defectum cōplet. Dicimus quia hoc impoſſibile eſt in metallis maxime cum ſint fumi ſubtiliſſimi, qui temperata decoctione indigent: vt in ſe ipſis ſecundum gradum æqualitatis inſpiſſetur humiditas, & non fugiat ab eis: & relinquat ipſa omni humiditate priuata. Similiter concuſſionem & extenſionem ſuſcipiūt

Si igitur per arrificium tuum volueris tempus decoctionis naturæ in mineralibus & metallicis corporibus abbreuiare:oportebit per exceſſum caloris hoc facere,qui non æquabitur, ſed potius humiditatem diſſoluēdo,ex eorum corporibus diſſipabit & deſtruet. Solus enim temperatus calor humiditatis eſt inſpiſſatiuus: & mixtionis perfectiuus non excedens. Similiter etiam eſſe & perfectio datur a Stellis tanquam a primis mouentibus & perficientibus naturam generationis & corruptionis ad eſſe & non eſſe ſpecierum. hoc autem fit ſubito & in inſtāti cum peruenerit vna Stella, aut plures ex motibus ad ſitum determinatum in firmamēto, a quo datur perfectiōis eſſe.quia vna quęꝗ res ex certo ſitu Stellarū acquirit ſibi eſſe in momento & non eſt ſolus vnus ſitus,ymo plures, & ſibi inuicem diuerſi, quemadmodum ipſorū effectus ſunt diuerſi. Et horum diuerſitatē & diſtinctionē adinuicē ꝑnotare non poſſumus: cū nobis ſint ignoti & īfiniti. Quomodo ergo ſuꝑ

plebis defectum in opere tuo, cum tu ignores diuerſitatem ſituum Stellarum & motus earum & tamen ſi ſitum vnius, aut plurium Stellarum certum, quo datur metallis perfectio ſcires. nõ tamen opus ad inceptum tuum perficeres. Nõ eſt enim alicuius operis præparatio ad ſuſcipiẽdum formam per artificium in inſtanti: ſed ſucceſſiua: ergo operi forma non dabitur: cum nõ ſit in inſtanti. Similiter etiam in rebus naturalibus iſte eſt ordo. quoniam facilius eſt deſtruere quam conſtruere. ſed vix Aurum poſſumus deſtruere: quomodo ergo id tam cito conſtruere poſſumus? Propter has igitur rationes prædictas ſophiſticas & alias ab his minus apparẽtes credunt hanc artem diuinam interimere. Hæ omnes perſuaſiones prædictę ſunt Sophiſtarũ artem noſtram ſimpliciter fore negantiũ. Rationes vero eorum qui ex ſuppoſitione negant artem, ponam. cum deſtructionibus illarum in ſequenti capitulo. De hinc vero ad harum interemptionem nũc poſitarum tranſeundũ a nobis

eſt.prius ponentibus nobis ſuper his veram in tentionem ad operis complementum.

## De principiis naturalibus ſuper quę actiones ſuas fundat natura.Cap.vii.

DIcimus vtiq;,quod principia ſuper quę actionem ſuam natura fundat/ſunt duriſſimæ compoſitionis atq; fortiſſimæ. & ſunt Sulphur & Argentum viuum (vt dicũt quidam philoſophi) Igitur quia ſunt duriſſimę compoſitionis & difficillimæ reſolutionis: ſed inſpiſſatio eorum adinuicem,& induratio:taliter ꝙ fiat in eis cõtuſio & extenſio permalleationem:& non confractio,non eſt niſi per hoc, ꝙ humidum viſcoſum in eorum adinuicẽ cõmixtionẽ ſaluatur per ſucceſſiuã & diuturnam inſpiſſationẽ & per tẽperatiſſimã in minera decoctionem.Sed regulam tibi tradimus fili generalem,quoniam non fit inſpiſſatio alicuius humidi:niſi prius fiat ex humido partium ſubtiliſ

ſimarum exhalatio, & conſeruatio ex humido partium magis groſſarum: vt ſit humidum in permixtione ſuperans ſiccũ. & ſic admixtio ſicci & humidi, vt humidum temperetur a ſicco, & ſiccum ab humido. & fiat hæc ſubſtantia vna in ſuis partibus omniomera: ideſt in ſuis partibus omogenea & temperata inter durũ & molle, & extenſiua in concuſſione. Sed hoc non fit niſi per diuturnam mixtionem humidi viſcoſi & ſubtilis terrei per minima quouſq; humidũ idem cum ſicco: & ſiccum idem cum humido fiat. Et huius ſubtilis vaporis non fit reſoluio ſubita: ymo paulatina, & in millibus annorum: & illud ideo, quoniam vniformis eſt principiorũ ſubſtantia naturæ. Si igitur ſubito fieret ab eis ſuperflui humidi reſolutio. cum non diſtet humidum a ſicco propter fortem mixtionem, reſoluetetur vtiq; humidum cum ſicco: quare totum in fumũ euaneſceret. neq; ſeparari poſſet humidum a ſicco in reſolutione: propter fortẽ vnionem, quam habẽt vtiq; adinuicem. Huius

vtiq; vidimus manifeſtam experientiam in ſpi
rituum ſublimatione .quoniam cum in eis per
ſublimationem fiat ſubita reſolutio. non ſepara
tur humidum a ſicco , nec ſiccum ab humido:
ita q̄ diuidantur in partes totaliter mixtiões eo
rum.ſed tota aſcendit eorum ſubſtantia:aut pa-
rum ex eorum componentibus diſſoluitur. Re
ſolutio ergo humidi ſubtilis fumoſi ſucceſſiua,
& diuturna , & ęqualis ,eſt cauſa inſpiſſationis
metallorum.Hanc quoq; facere non poſſumus
inſpiſſationem per hunc modum.Ergo in hoc
ſequi naturam non valemus.Non enim poſſu-
mus naturam in omnibus proprietatum diffe-
rentiis imitari.

De ſolutionibus ad perſuaſiones
Sophiſtarum. Cap.vii.

NOſtra igitur intentio non eſt in princi-
piis naturam ſequi: nec in proportione
miſcibilium elementorum : nec in mo-

do mixtionis adinuicem ipſorum; neq; in ęquatione caloris inſpiſſantis, cum omnia ſint nobis impoſſibilia, & penitus ignota. Reſtat ergo rationes Sophiſtarum interimere, hanc excelſam artem negantium poſſe eſſe. Si dixerint ergo nos proportionem elementorum, & modũ mixtionis illorum adinuicem: & æquationem caloris metalla inſpiſſantis: cauſaſq; alias multas, & accidentia naturę actionem cõtinentia ignorare: cõcedimus eis vtiq;: ſed non propter hoc noſtram ſcientiam diuinam interimũt: quoniã nec ſcire volumus illa: nec poſſumus, nec ad opus noſtrũ poſſunt peruenire. Sed ad hoc nobis principium aſſumimus. aliumq; generationis metallorum modum, in quibus ſequi naturam poſſumus. Si dixerint etiam Philoſophos, & Principes huius mundi hanc deſideraſſe ſciẽtiam, & eam non inueniſſe Reſpondemus eos mẽtiri: quoniam quoſdam principes, licet paucos: & maxime antiquos & ſapientes & nr̃o tẽpore repertos: iam ex ſui induſtria hãc legimus

indagaſſe ſcientiã. Sed talibus nec ore, nec ſcri-
ptis eam tradere voluerunt, cum indigni ſint.
Ergo quia non viderunt aliquos hanc ſcientiã
poſſidere cecidit ſuper eorum mentes error: vt
æſtiment nullos hanc inueniſſe ſcientiam. Ad
hoc etiam arguunt fantaſtice, aſſerentes impo-
tentiam noſtram nõ poſſe ſolum in debilibus
mixtionibus naturam imitari, ſicut in mixtione
aſini vel bouis, ergo nec in fortibus. Dicimus
eſſe errorem ſuum multiplicem: quia in arguẽ
di modo nõ cadit neceſſitas: qua coartemur ar-
tem noſtram nõ eſſe concedere. quia per locũ
a ſimili, vel a maiori ſuam coroborant fantaſiã
& errorem. in quibus non continetur neceſſi-
tas, ſed contingentia vt in pluribus. Oſtendi-
mus quoq; per aliã viam, demonſtrando illos
nullã aſſignare apparentẽ ſimilitud nẽ, inter de
bilem mixtionis compoſitionem animalium,
& mineralium formarum firmam & fortem, &
hæc ideo, quoniam in animabus & aliis uiuen
tibus, in quibus compoſito eſt debilis, non eſt

perficiēs ſolū proportio.nec miſcibilia propor
tionis, neq; qualitates miſcibilium, neq; mixtio
quæ ſequatur ex illarum actione adinuicem, &
paſſione: quæ eſt ex aggregatione illarum qua
litatum: ſed eſt anima, ſecundum opinionem
plurium, quæ eſt ab occultis naturæ. ſicut ab eſ
ſentia quinta, vel a primo motore. & hoc etiā
ſecundum ſententiam plurium dicimus. & hu-
ius occultū ignoramus. Ideo & hæc talia, licet
in eis ſit debilis mixtio: perficere tamen neſci-
mus. quia perfectiuum, quod eſt anima infun
dere ignoramus. Per hoc vtiq; patet: quoniam
eſt defectus non ex parte mixtionis, ꝙ non per
ficiamus bouem vel capram. ſed ex defectu in-
fuſionis animæ. quoniam ſic debilem & magis
debilem. ſic fortem & magis fortem compoſi-
tionem facere. ſecundum viam & curſum natu
ralem imitantes artificium noſtrum ſciremus.
In metallis igitur perfectio minor eſt; q̄ in eis.
& uerſatur illorum perfectio magis circa pro-
portionem, & compoſitionem, quam circa alia

Ideo cum in eis minor ſit perfectio, q̃ in aliis quæ narrauimus: liberius ipſa pficere poſſumus: illa vero non. Diuerſificauit enim deus altiſſimus, & glorioſus, perfectiones adinuicẽ multiformiter. In quibus enim compoſitio quę eſt ſecundum naturam: fuit debilis. in illis maiorem & nobiliorem perfectionem poſuit: quę eſt ſecundum animam. Sed quædam fortioris addidit compoſitionis, & firmioris, ſicut lapides & mineralia ſed in eis poſuit minorem perfectionem, & ignobiliorem, & quæ eſt ex mixtionis modo. Patet igitur ꝙ non eſt eorum ſimilitudo bona: quia non ignoramus bouẽ vel capram fore non ratione compoſitiõis: ſed formæ perfectæ, quoniam perfectio in boue vel in capra nobilior eſt & magis occulta ea, quæ in metallis cõſiſtit. Similiter aũt & aliter arguũt quoniam non mutatur ſpecies in ſpeciem. Dicimus ergo eos mentiri iterum, ſicut conſueuerunt ſæpius aliud q̃ verum dicere ſuper his quoniam ſpecies mutatur in ſpeciem ſecundũ

hanc viam : cum indiuiduum ſpeciei vnius in alterius ſpeciem mutatur. Videmus namq; vermen & naturaliter, & per artificium naturale in muſcam mutari. quæ ab eo differt ſpecie: & vitulum ſtrangulatum in apes tranſmutari. & frumentum in lolium. & canem tranſmutari ī vermem, per ebullitiōis putrefactionem. Sed hoc non facimus nos, facit autē natura cui miniſtramus. Similiter & metalla non mutamus, ſed natura cui per artificium aliquam materiam præparamus, quoniam ipſa per ſe agit, nos autem adminiſtratores eius ſumus. Et ſi per aliam rationem taliter arguunt, & ſuam corroborēt ſophiſticę opinionem: ſcilicet q in millibus annorum natura metalla perficit. tu vero in millibus annorum durare non potes. Dicimus, quoniā natura ſuper principia ſua, ſecundum opinionem antiquorum philoſophorum, agens perficit in millibus annorum. ſed quia principia illa ſequi non poſſumus. ideo ſiue in millibus, ſiue

in pluribus,ſeu in pautioribus,vel in momen-
to hoc natura perficiat non tenet eorum perſua
ſio:quia in ſuis principiis imitari naturam non
poſſumus nec volumus . Videmus enim ꝙ in
millibus annorum natura nō decoquit lapides
in calcem,quod tamen facit homo in breui tē-
pore ſuo ingenio naturali per accidentalem ca
lorem :Ideo namq; in metallis depurādis inge
nio & artificio hominis reducuntur ipſa ad pu-
ram & nobiliorem ſubſtantiam in breui tem-
pore:quod natura eorum defectus tam cito ſup
plere non poteſt . Iam ex præcedenti negante
ſermone abbreuiato determinauimus.& com-
pletiori ſermone in ſubſequentibus demōſtra-
bimus.Secundum tamen opinionem aliquorū
euidētium & perſpicacium natura intentū ſuū
ſubito perficit.ſ.vno die,vel breuiori tempore.
Et ſi hoc verum ſit,non tamen valemus in ſuis
principiis naturam imitari : quod manifeſtius
oſtenſione demonſtrabimus. Reſiduum tamē
quæſtionis confitemur:quod totum uerum crē

dimus eſſe. Et ſi dicant q̃ ſi a ſitu vnius vel plu-
rium Stellarum datur metallis perfectio, quam
ignoramus. Dicimus hunc ſitum nos ſcire nõ
expedire: quoniam non eſt ſpecies generabiliũ
& corruptibilium: quin ex indiuiduis eius ali-
cuius fiat generatio & corruptio omni die. per
quod patet ſitum Stellarum eſſe omni die per-
fectiuum cuiuſlibet ſpeciei indiuiduorum &
corruptiuum. Non ergo neceſſarium eſt ſtella
rum ſitum expectare, eſſet tamen vtile. ſed ſuffi
cit ſolum naturæ diſponere, vt ipſa quæ ſagax
eſt, diſponat ſitibus conuenientibus mobilium
corporum. Non enim poteſt natura perficere
ſine motu, &, ſitu mobilium. Vnde ſi naturæ
artificium diſpoſueris, & conſideraueris quæ-
cunq̃ ex contingentibushuius magiſterii fiunt
debite perficientur ſub debito ſitu, per naturam
ſibi conuenientem abſq̃ conſideratione illius.
Videmus enim cum vermem ex carne vel ali-
quo animali putreſcibili deductum in eſſe deſi
deramus: q̃ non conſideramus, immediate ſitũ

Stellarum, ſed diſpoſitiones aeris circunſcribẽ tis, & alias cauſas putrefactionis perfectiuas ꝑter illum. Et ex tali cõſideratiõe ſufficienter ſcimus vermes ſecundum naturam in eſſe producere. Natura enim ſibi inuenit conuenientẽ ſitum, licet a nobis ignoretur. Et ſi dicant perfectiones in inſtanti dari, perfectionem autẽ noſtrã nõ in continenti perficimus concludunt ex hoc, non ergo perficietur per artificium huius artis. Dicimus capita illorum vacua fore ratione humana: & magis beſtiis q̃ viris aſſimilari. Concludunt enim ex præmiſſis, nullam ſe habentibus habitudinem ad id quod illatũ eſt. Tantum enim tenet hęc argumentatio, Aſinus currit, ergo tu es capra, quãtum & ſua. Et hoc ideo, quoniam ſi non fiat præparatio in inſtanti. non prohibet tamen hoc forma uel perfectio ꝙ non poſſit ꝑparatio dari in inſtanti. Non.n. ꝑparatio eſt ꝑfectio. ſed habilitatio ad ſuſcipiẽdam formam. Si dicunt ẽt ꝙ facilius ſit res naturales deſtruere, q̃ conſtruere illas per artifi-

cium.& vix Aurum poſſumus deſtruere. con-
cludunt ergo impoſſibile eſt conſtruere illud.
Reſpondemus eis taliter: quoniam non cõclu-
dunt de neceſſitate, qua coherceamur aurũ nõ
poſſe conſtrui credere. Nam quod difficulter
conſtruitur, difficulter deſtruitur. nõ autem im
poſſibile ipſum non poſſe conſtrui. Huius au-
tem aſſignauimus cauſam, quia fortem habuit
compoſitionem. ideo difficiliorem habuit re-
ſolutionẽ. ideoq; difficulter deſtruitur. Et hoc
eſt quod facit eos opinari impoſſibilem eſſe il
lius conſtructionem. Sed quia ignorant ipſius
compoſitionem naturalem, ideo illius deſtru-
ctionem & conſtructionem artificialem ex cur
ſu naturæ ignorant. Attentauerunt tamen for
te, q ſit fortis compoſitionis: ſed quantæ forti-
tudinis compoſitionis ſit non attentauerunt.

De rationibus negantium artem a
datis. Capitulum. ix.

SVfficiẽter itaq; cariſſime fili Sophiſtarum fantaſias retulimus. Reſtat ergo ex quo te attentum promiſſione fecimus ſecundum viam promiſſionis ad ea quæ determinanda ſunt ex ratiocinationibus arte negantium a datis tranſire. Quæcunq; tamen determinata ſunt principia ſunt de intentione naturæ. quorum eſſentiam nos oportet diſputare ſufficientius in ſequentibus. Poſt illam uero determinationem, & de ipſis ſermonẽ faciemus prout ſunt principia huius noſtri magiſterii. In prima tamen traditione, ſingularem de unoquoq; principiorum faciemus ſermonem: in ſequẽti uero uniuerſalem. Ex nunc uero ad preſens rationes negantium a datis: & ipſarum intentiones imprimis afferamus. Hanc utiq; artem ſupponentes multipliciter, ex intẽtione diuerſa fore comperimus. Alii quidem in ſpiritibus. Alii in corporibus. Alii in ſalibus & aluminibus nitris & bauraciis. Alii uero in omnibus rebus vegetabilibus hanc inueniri artem & magiſterium

affirmant. Ex his autem omnibus, hi quidem ſecundum partem bene, & ſecundum partem male. Hi uero ſecundum totum male hoc diui num magiſterium ęſtimantes, illud poſteris tradiderunt. Ex ipſorum autem errorum multi plicitatibus ueritatem nos collegiſſe difficilius, & laborioſæ cautelæ coniectura, longaq; ac te- dioſa experientia, multorum ſumptuum inter- poſitione contigit, & illorum error, per noſtræ mentis rationem ſepiſſime militauit. & deſpe- rationem adduxit. Blaſſemati ſint igitur quia in eternum blaſſemias poſteris reliquerunt ex er- rore ſuo, & maledictionem ſuper philoſophan tes profuderunt & non ueritatem, ſed diaboli- cam inſtigationem poſt mortem ipſorum di- miſerunt. Et ego etiam blaſſemandus ſum, niſi errores ipſorum corrigam, & veritatem tradam in hac ſcientia, prout melius exigit hec ars no- ſtra. Hoc enim magiſterium occulto ſermone non eget ſed penitus manifeſto. Trademus igi tur ipſum ſermone tali quem latere prudentes

non accidet. Hic autem mediocribus profun-diſſimus erit. fatuis autem vtroſq; terminos miſerabiliter cõcludit in hac vna & eadem noſtra traditione. Redeuntes igitur ad propoſitum dicimus, ꝙ qui in ſpiritibus eam eſſe ponũt ſunt diuerſi multipliciter. Alii quidem ex Argento viuo. Alii vero ex Sulphure & huic affini Arſenico ſcilicet lapidẽ philoſophicũ perquiri aſſerunt neceſſe eſſe. Et ab his quidam ex Marcheſita, quidam ex Tutia & Magneſia: Alii ex ſale armoniaco. Qui vero in corporibus. Alii in Saturno. Alii in quolibet aliorum corporum eſſe dicunt. Alii quidem in vitro: Alii in gemmis: Alii in diuerſitatibus ſalium & aluminum & nitrorum & baurachium. Et alii in omni genere rerum vegetabilium. & horum vnicuiq; ſupponenti eſt aduerſarius ſecundũ ſuam ſuppoſitionem. Et his aduerſans credit arti ſimpliciter aduerſari. Et ſecundũ plurimũ utraq; ſecta rationibus eſt uacua.

## De ſupponentibus in ſpiritibus artem fore. Cap. x.

QVidam igitur ſupponentes eam inueniri in Sulphure, laborem impenderunt, & ignorantes eius prępara-rationis perfectionem ipſam perfectionem diminutam reliquerunt. Crediderũt enim ſolam mundationem & purificationem perfectioné preparationis eſſe, hoc autem per ſublimationẽ fit. ideoq; adductum eſt intentioni eorum, vt æſtiment, q̧ ſola ſublimatio in Sulphure, ſit perfectio pręparationis in ipſo, & ſimiliter in ſuo compari ſcilicet Arſenico æſtimantes induxerunt. Venientes igitur ad proiectionem, quæ eſt intentio alterationis. viderunt illud aduri & euaneſcere, & in corporibus lõgam moram non contrahere. & corpora relinqui ab eis magis immunda, q̃ prius fuerint, ſine proiectione illius. Quia ergo uiderunt hanc deluſionem in ſui operis complemento, & longiſſimis fuerit

temporibus reuolutum in illorum pectoribus ex ſolo Sulphure hanc ſcientiam reperiri. & in illo non inueniſſent: arguunt etiam non poſſe in alio hanc inueniri: quare cum nec in hoc, nec in vllo alio inueniant, arguunt eam nunq̄ inueniri. Reſpondentes vtiq; eis breuiter dicimus, eos in hoc parum ſentire, & minime ſapere, quia ſupponunt ſolum Sulphur eſſe medicinam noſtram. & ſi hæc tamen eſſet vera ſuppoſitio: in modo tamen pręparationis ſunt decepti. quia ſolam ſublimationem credunt ſufficiētem eſſe. Sunt enim tanq̄ puer ex principio natiuitatis ſuæ uſq; ad ſenectutem in domo concluſus: non putans mundi latitudinem extendi ultra domum uel vltra q̄ oculus ſuus poſſit cōſpicere: Non enim hi in multis lapidibus laborem ſuum adhibuerunt. non igitur potuerunt ſentire exquo medicina noſtra eliciatur: & ex quo non. & ideo manus ſuas etiam a laborum copia excuſauerunt. quid enim laborum perfectiuum ſit non merito ignorare debuerunt.

Sed quare fuerit opus illorum diminutum dici
mus, quia adurentie naturam in Sulphure di-
miſerunt & fugam, quare ipſi diſſipant & de-
ſtruunt. Alii vero in ipſo & ſuo compari lapi-
dem inueniri æſtimantes neceſſe eſſe, & pro-
fundius ad operis conſumationem accedentes.
non ſolum per ſublimationem mundauerunt
adurentiam Sulphuris, verum etiam remoue-
re conati ſunt relictam in eo fugam. ad quorũ
perfectionem ſimiliter deluſio peruenit. quia
nõ adheſit ſtabiliter in ipſis corporibus. ſed ſuc
ceſſiue & paulatine euanuit, relicto corpore in
ſua prima diſpoſitione. Qui & etiam ſimiliter
interimentes arguerunt vt primi. & eiſdem vt
primis reſpondentes, artem affirmamus & eã
ſcimus eſſe, quia veritatem vidimus, & tetigi-
mus. Alii quia profundius in ipſo viderunt,
mundauerunt eum, & eius fugam & aduſtionẽ
abſtulerunt, & factum eſt eis fixum & terreum
nullam dans ignis calore fuſionem bonam: ſed
ſolum vitrificatoriam. & ideo non potuerũt in

proiectione corporibus permiſcere, ideo ar-
guunt vt primi:& nos eiſdem reſpondemus ut
primis, quia opus diminutum dimiſerunt, nec
illud complere ſciuerunt. Ingreſſionem enim
quæ eſt perfectiuum vltimum inquirere igno
rauerunt. In omnibus ſimiliter ſpiritibus eſt
idem pręparationis modus, niſi ꝙ in Argento
viuo, & Tutiis excuſamur a maiori labore, qui
eſt ex remotione aduſtionis, hæc enim ſulfurei
tatem aduſtibilem & inflammabilem non ha-
bent, ſed ſolam fugam. Magneſia vero & Mar-
cheſita omne genus ſulfureitatis habent: plus
Marchaſita. minus vero Magneſia: fugam ta-
men omnes habent. plus tamē Argentū viuū,
& armoniacum ſal. minus vero Sulfur, adhuc
vero minus & compar illius. quarto vero ad
huc minus Marchaſita. quinto vero & Magne-
ſia minus. ſexto vero & vltimo minime omniū
Tutia. Vtraqꝫ tamen fuga participans eſt. alia
tamen plus. & alia minus. & ideo propter eorū
fugam quibuſdam ſuperuenit experimentato-

tibus deluſio vehemens, in eorum operationi-
bus præparationum, & in ipſorum proiectioni
bus ſimiliter. Ideoq; & ipſi arguunt & interi-
munt ut in Sulphure ſupponentes, & eiſdem
vt in Sulphure ſupponentibus reſpondemus.
Sunt & alii nitentes ſeſe in experientiis, ſpiri-
tus in corporibus figere, nulla alia preparatio-
ne huic preueniente. ſed eiſdem deluſio ſimili-
ter angarias attulit & deſperationem, & coacti
ſunt ex ea hanc ſcientiam non eſſe credere, &
contra ipſam arguere. Eſt enim turbationis illo
rum cauſa, atq; ſedulitas, quoniam in infuſione
corporum ſpiritus ita dimittunt, nec eis adhe-
rent. ymo aſperitate ignis anfugiunt, permanē-
tibus in ea ſolis corporibus. quoniam preſſuraȝ
impietatis ignis illius pati propter fugam non
poſſunt, quæ ab eis non eſt ablata. Accidit ſimi
liter & quandoq; deluſio, quia & ſecum corpo-
ra ignem effugiunt, & hoc eſt, cum non fixi ſpi
ritus corporum profundo inſeperabiliter ache
ſerunt, quoniam uolatilis ſumma: ſuperat ſum-

mam fixi. Vnde ſimiliter vt primi arguunt, & ſimiliter nos eiſdem vt primis reſpondemus. Tota igitur illorum probatio hęc eſt. Si corpora filii doctrinę vultis conuertere, tunc ſi per aliquam medicinam fieri hoc ſit poſſibile. per ſpiritus ipſos fieri neceſſe eſt. ſed ipſos non fixos corporibus vtiliter adhęrere non eſt poſſibile. ymo fugiunt & in munda relinquunt illa. ipſos autem fixos non eſt poſſibile ingredi, cum terra facti ſint, quæ non infunditur, & tamen inclusi corporibus fixi apparent, non tamen ſunt, aut ab eis recedunt, ipſis manentibus, aut ambo ſimul confugiunt. igitur cum in materia magis affini nullis modis hanc artem inueniri ſit poſſibile, etiam in magis remota non inuenietur, ergo nuſq̃. Reſpõſio igitur noſtra hęc eſt, quoniam quod ſcibile circa hoc eſt, totũ non ſciũt, ideoq; nec operationem ex eo totam inueniũt, conſequentis igitur vitium per inſufficientiam ponunt eorum robur.

De ſupponentibus in corporibus, lapidibus, ſalibus, aluminibus, baurachiis, vel creſcentibus artem fore. Cap. xi.

QVidam autem poſuerunt in corporibus artem illam, cum tamē ad opus peruenerunt illuſi ſunt: æſtimantes Stagnum vtrunq; liuidum, ſcilicet plumbeum & album, albedine vero pura multum naturæ Solis & Lunæ aſſimilari & approximare: liuidum quidem multum Soli, Lunæ parum, albū vero Lunæ multum, Soli vero parum, Ideoq; horum aliqui ęſtimantes ſtagnum Iouem videlicet multum Lunæ aſſimilari, & ſtridore, mollitie, & liquefactionis velocitate ſolummodo differentem credentes, ex ſuperfluitate ſuæ humiditatis liquefactiuum eſſe facile, & molle ſimiliter, ex ſubſtantia vero fugitiua Argēti viui in illo intercidente partes, ſtridorem poſſidere, expoſuerunt illud igni, & calcinantes ipſum te

nuerunt in igne quantum potuit tollerare, quo uſq; album factum eſt in calce ſua, quã poſtea inuoluentes reducere non potuerunt, ſed ęſtimauerunt impoſſibile fore. Etiã horum aliqui reduxerũt ex illo aliquid, & ſtridorem vt prius, & mollitiem inuenerunt, & liquefactionis velocitatem. Ideo crediderũt hoc impoſſibile per viam hanc, & adducti ſunt in incredulitatem, vt putent artem indurationis illius inueniri nõ poſſe. Horum vero aliqui calcinauerunt & reduxerunt, & iterum ſcoriam illius ſubtrahendo cum maioris ignis expreſſiõ calcinauerunt & reduxerunt, & ſic ſepe reiterantes opus ad illud viderunt illud induratum & ſine ſtridore, quia ergo velocitatem liquefactionis non omnino remouerunt, illorum mens errauit, & ęſtimauerunt ad illud non poſſe perueniri. Horum itaq; alii volentes eidem duritiem & retardationem liquefactionis, cum adminiſtratione durorum corporum pręſtare, in deluſionem ceciderunt, vt frangerent illi quęcũq; durorum corporum

admixta ei fuerint, nec iuuit in hoc eos illa præparatio. Ideoq; cum nec duris, nec igne illud præparare potuerint, excuſauerunt ſe de longa mora inuẽtionis artis, quia eam impoſſibilem dixerunt, & crediderunt. per hoc & cõtra artem arguentes inſtanter poſuerunt illam non eſſe. Ex hoc & ab his addentes multa medicamina, viderunt illa nullam in mutationem facientia, nec eis cõuenientia, ſed potius corrumpentia, & contra illorum propoſitum agentia, & ideo libros abiecerunt, & capita retorſerũt, & artem friuolam demum dixerunt, quibus obuiantes reſpondemus reſponſione prima. Eundem eſt etiam in Saturno reperiri illuſionis modũ, ſolo abiecto hoc, q corpora non frangit, & q citius redit a calce ſua q̃ Iuppiter, liuiditatem attamẽ ſuam remouere non poſſunt, quia ignorant, ideo per illum dealbare non poſſunt dealbatione bona, nec per ſuam fantaſiam potuerunt illũ ſtabilibus corporibus ſtabiliter aſſotiare, quin contingat id per fortem ignem vel ignis ex-

preſſionem recedere a commixto. Et illud quidem, quod maxime decipit illos in huius preparatione, ſupponentes in nullo poſſe ſciētiam inueniri, niſi in ipſo, & quia poſt duas reductiones a calce ſua nullam duritiem recipit, ſed maiorem potius mollitiem q̄ prius habuerit, & in aliis ſimiliter differentiis nō viderunt illud emēdari. Et ideo cum ipſo putantes propinquius & melius inueniri, & non inuenerunt: coguntur per hoc credere & argumentari, ſciētiam hanc non eſſe, ſed deluſionem, & ideo peccant vt priores. Alii vero componentes durum cum duris: molle cum mollibus propter conuenientiam, voluerunt corpora ad ſe inuicem trāſmutare, & illud non potuerunt propter ſuam ignorantiam, vt permiſcentes Solem uel Lunā cum Venere vel alio vnoquoq; metallorum, non tranſmutant illa in Solem, vel Lunam tranſmutatione firma, quin accidat ignis expreſſione forti vnumquodq; illorum a commixtione ſeperari, vel comburi, vel ad priorem ſui naturā

redire. Quædam vero ex eis plus durant in cō
mixtione, quędam vero minus, vt alibi a nobis ſufficienter determinatum eſt: Hæ itaq; deluſio nes ſuperuenientes propter ignorantiam, faciunt hos tales de hac diffidere arte, & illam arguere non eſſe. Alii autem intimius & profun dius ſuper hoc inquirentes, cogitauerunt & ingeniati ſunt, & viam voluerunt inuenire, vt du ra mollibus vnita, ea ſtabiliter indurarent: vnita ſcilicet, & perfecta cum imperfectis ad perfe ctionem reducerent, & generaliter ad ſe inuicē tranſmutarent, & tranſmutarentur tranſmutatione firma. Et ideo voluerunt ſimilitudinem & affinitatem illorum inuenire, tum per medicinas, tum vero per ignis adminiſtrationem, ſcilicet attenuando groſſa vt Venerē & Martē, & inſpiſſando ſubtilia, vt Iouem, & ſimilem ſibi. Et aliqui eorum credentes hanc adminiſtrationem perficere, deluſi ſunt in commixtione horum duorum corporum, vel quia frangibile fe cerunt omnino, vel omnino nimis molle, non

alteratum a duro, vel nimis durum non altera-
tum a molli. Et ſic conuenientiam non inuene
runt: & ideo artem eſſe negauerunt. Alii vero
adhuc profundius proſpicientes, alterare volue
runt corpora cum animarum ſuarum extractio
ne, & cum extracta anima, aliam animam alte
rare. Similiter & ad id non potuit eorum expe-
rientia peruenire, ſed deſiſi ſunt de intentione
ſua, per hoc æſtimantes artem non poſſe inue-
niri. Alii vero ſolo igne ipſa perficere conãtes,
deluſi in opinione ſua fuerunt, quia ad id perue
nire non potuerunt nec ſciuerunt: Et hi eam ex
hoc non eſſe putauerunt, quibus omnibus ob-
uiamus vt prius. Qui vero in vitro & gemmis
illam poſuerũt, experti ſunt per vitrum & gem
mas in corporibus alterationes facere, & non
potuerunt, quia non alterat quod non ingredi-
tur. Et ipſum quidem vitrum & gemmæ non
ingrediuntur, ideo non alterant, ſed & ſi conati
ſunt vitrum ſic vnire cum vix hoc poſſit, non
tamẽ propoſitum habent, quoniam vitrum ex

corporibus faciunt, & propter hunc errorē æſti mant errorem ſuper totam artem cadere & ſic eam arguunt non eſſe. Quibus reſpondemus eos operari indebito modo, ideoq; indebite ter minantes, non poſſunt hanc ex eorum errori- bus artem interimere. Sunt & alii ſupponentes eam artem inueniri in ſalibus & aluminibus ni tris & baurachiis: poſſunt quidem, & in his ex- periri, ſed eā inueniri minime putamus in eis. Ideoq; ſi poſt ſuam experientiam paucam vtili tatem tranſmutationis inuenerunt. ſ. ſoluendo coagulando & aſſando, non interimunt itaq; artem cum neceſſaria ſit in ſciētia. Poſſibile eſt tamen in his omnibus aliq̄ alterationem inue- niri, ſed remota eſt valde & maxime laborioſa. Adhuc vero & in aliis creſcentibus omnibus magis laborioſa fore probatur, ideoq; quidam in omnibus uegetabilibus ponūt, poſſibile qui dem ponunt, ſed non eis: quoniam potius defi- cerent in labore, q̄ laboratum perfici ſit poſſibi le, ideo & ſi hi tales artem non inueniunt ſuis

laboribus, artē nullis laboribus inueniri poſſe argumentantur. Omnes autem prius dicti errantes vnam medicinam ſuam poſuerunt, & nullam aliam ſuppoſuerunt prẹter illam. Et hi quidem iam redarguti ſunt omnes. Alii vero multi & quaſi infiniti harum rerum omnium, aut quarundam compoſitionē ſub diuerſa procreatione facientes, ignoranter & inſcienter incedunt, & error illorum in infinitnm extenditur, quoniam infinita eſt diuerſitas procreationis miſcibilium, & infinita eſt diuerſitas & numerus rerum miſcibilium: & in his ambabus infinitatibus infinite contingit errare: aliquādo ex ſuperabundantia, aliquando ex diminutione, & his impoſſibilis eſt correctio. Sed nos quoq; longitudini & prolixitati ſermonum parcentes, ſuper infinitis inſiſtere nolumus, quoniam ſcientiam vniuerſalem trademus breuibus locutionibus: qua euidenter infinitatē ſuorum errorum emendare poterunt, & illos corrigere. Nunc vero naturalia principia dicemus

ſecundum eorum cauſas, vt ex principio te at-tentum fecimus in memoratione illorum.

De naturalibus principiis Mercurii Sulfuris & Arſenici. cap.xii.

INnuimus ergo tibi ſecundum aliquorum opinionem, qui fuerunt de ſecta artem noſtram imitantium, q̄p principia naturalia in opere nature ſunt, ſpiritus fetens, & aqua viua, quam & ſiccam aquam nominari concedimus. Spiritum autem fetentem diuiſimus. eſt enim albus in occulto, & rubeus, & niger. Vterq; in magiſterio huius operis, in manifeſto autem vterq; tendens ad rubedinem. Dicimus igitur ſermone breui. nec non & ſimiliter completo ſufficientem generationem vniuſcuiuſq; iſtorum & modum ſimiliter generationis. Expedit igitur nos ampliare ſermonem noſtrum, & dilatare, & ſingulum capitulum de ſingulo naturali principio tradere. In genere tamē dicimus

ꝙ vnum quodq; ipſorum eſt fortiſſimæ com-
poſitionis, & vniformis ſubſtantię, & illud ideo
quoniam in eis per minima partes terreę tali-
ter partibus aereis aqueis & igneis ſunt vnitæ,
vt nulla ipſarum alteram in reſolutione poſſit
dimittere. ymo quęlibet cum qualibet reſolui-
tur propter fortem vnionem quam habent ad-
inuicē per minima: calore in mineralibus equa
li terre viſceribus occultato multiplicato, &
ęquato ſecundum debitum curſum naturæ, ad
exigentiam illorum eſſentiæ ſecundum opinio
nem quorundam antiquorum. Alii autem ali-
ter dixerunt, quoniam principium non fuit Ar
gentum viuum in natura ſua, ſed alteratum &
conuerſum in terram ſuam, & Sulphur ſimili-
ter alteratum & in terram mutatum. Vnde di-
xerunt ꝙ principium fuit aliud q̃ ſpiritus fetēs,
& ſpiritus fugiens in intētione naturæ. Et ratio
qua moti ſunt fuit, quoniam non inueniunt in
mineris argenteis vel aliorum metallorum ali-
quid quod ſit Argentum viuum in ſui natura,

vel aliquid quod ſit Sulfur ſimiliter in ſui natu-
ra.ymo per ſe inueniunt vnumquodq; illorum
ſeperatum in propria ſua minera & natura.Si-
militer etiam & per aliam rationem hoc affir-
mant ſcilicet non eſt tranſitus a contrario in cõ
trarium niſi per diſpoſitionem mediam. Ergo
cum ſic ſit, coguntur confiteri & credere, ꝙ non
ſit tranſitus a mollitie Argenti viui ad duritiem
alicuius metalli niſi per diſpoſitionem, quæ eſt
inter duritiem & mollitiem illorum, ſed in mi-
neris non inueniunt aliquod, in quo ſaluetur
hæc media diſpoſitio, ideo hac ratione compel-
luntur credere Argentum viuum, & Sulfur in
ſui natura non eſſe principium de intentione
naturę ymo aliud: quod ſequitur ex illorũ eſſen
tiarum alteratione in radice naturæ ad terream
ſubſtantiam: Et eſt iſte modus, quoniam prius
vnumquodq; eorum conuertitur ad terreã ſub-
ſtantiam & ex his ambabus terreis naturis re-
ſoluitur fumus tenuiſſimus a calore multiplica
to in viſcere terræ, & hic duplex fumus eſt.ma

teria metallorum immediata. hic tamen fumus a calore temperato minere decoctus conuertitur in naturam cuiuſdam terræ . Ideoq; fixionē quandam ſuſcipit. quam defluens aqua per viſcera minerę & terrę ſpongioſitatem diſſoluit, & ei vniformiter vnitur vnione naturali, & firma. ideoq; ſic dixerunt opinantes, ꝙ aqua fluēs per meatus terræ inuenit ſubſtantiam diſſolubilem, ex ſubſtantia terræ in viſceribus illius, & illam ſoluit, & vniformiter ſecum vnitur, quouſq; & ſubſtantia terræ in viſceribus diſſoluta, & aqua fluens diſſoluens, vnum fuerint vnione naturali, & ad talem vnionem veniunt omnia elementa ſecundum debitam & naturalem proportionem, & miſcentur per minima quouſq; faciant vniformem mixtionē. Et hęc mixtio per ſucceſſiuam decoctionem, in minera inſpiſſatur, & induratur, & fit metallū. Et hi quoq; ſunt affines veritati, non tamē veritatem coniiciunt puram. Iam ſermone vniuerſali determinauimus de metallorum principiis naturalibus

reſtat nunc vt ponamus vniuſcuiuſq; principii capitulum. Cum igitur tria ſint Sulfur. Arſeni- cum & Argentum viuum. Primo ſcribemus capitulum de Sulfure. Secundo de Arſenico. Tertio de Argento viuo. deinde vniuſcuiuſq; metallorum, qui ſunt effectus eorum ponemus capitulum determinatum, ſecundum quod eſt ex opere naturæ. Deinde ad ea quæ huius ma- giſterii ſunt fundamenta, & illorum operatio- nes tranſeundum, horum cauſas omnium aſſi gnantes.

## De Sulfure. Cap. xiii.

DIcimus igitur q Sulphur eſt pinguedo in minera terrę per temperatam deco- ctionem inſpiſſata, quouſq; induretur, & ſicca fiat. & cum indurata fuerit Sulphur vo- catur. Habet ſiquidem Sulphur fortiſſimam cō poſitionem, & eſt vniformis ſubſtantiæ in ſuis partibus omnibus: quia homogeneū eſt. ideoq;

non aufertur eius oleum ab ipſo per diſtillatio-
nem, ſicut ab aliis rebus oleũ habentibus. Qui
ergo quęrunt ipſum calcinare nõ perdendo de
illius ſubſtantia aliquid, de quo ſit curandum,
in vanum laborant, quoniam non calcinatur
niſi per magnam induſtriam, & multũ de illius
ſubſtantia diſſipatur: ex centum .n. partibus vix
tibi tres ſufficienter reſeruas poſt ipſius calcina
tionem. Figi ſimiliter non poteſt niſi prius cal-
cinetur, commiſceri attamen, & aliquãtulum
illius fuga retardari, & illius poteſt aduſtio re-
primi, & cum cõmixto facilius calcinatur. Qui
ergo quęrit ex eo opus elicere illud, per ſe præ-
parando nõ eliciat, quoniam cum cõmixto per
ficitur, & ſine illo protelatur magiſterium uſq;
ad deſperationem. & cum ſuo cõpari fit tinctu-
ra, & dat pondus completum vnicuiq; metallo
rum, & ipm fęditate depurat & illuſtrat, & perfi
cit cum magiſterio, ſine quo nullum horũ præ
ſtat, ſed potius corrumpit & denigrat. nõ igitur
ſine magiſterio ipſo vtaris. Qui etiam in præ-

paratione ipſum cõmiſcere,& amicari corpori bus nouerit, ſciet vnum de ſecretis naturæ maximum, & viam perfectionis vnam, cum multæ ſint viæ ad vnum effectum, & ad vnum intentum. Et quodcunq; corpus ex ipſo calcinatur, acquirit pondus ſine dubio. Æs quoq; aſſumit ex eo Solis effigiem Mercurio quoq; aſſociatum & aſſatum per ſublimationẽ fit ut fur. Calcinantur deniq; omnia corpora ex eo facile prȩter Solem & Iouem. Sol vero difficillime, & non coagulatur Argentum viuum ex eo in Solem vel Lunam, in quibus ſit vtilitas per artificium debile, ſicut philoſophorum quidam fatui putauerunt. Et ita dicimus, ꝙ quæcunq; corpora minus habent de humiditate, facilius per Sulphur calcinantur, q̃ quȩ multam. Per deum altiſſimum id illuminat omne corpus. quoniã eſt lumen & tinctura. Difficilime quoq; ſoluitur: quia non habet partes ſalſugineas ſed oleaginas, quæ non facile in aquam ſoluuntur. quæ autem facile vel difficile ſoluuntur in aquam,

in capitulo ſolutionis monſtrabimus ſatis aper te. Sublimatur vero quia ſpiritus eſt, & ſi commiſceatur Veneri & aduratur ſecum, fit mirabile violaceum. cum Mercurio quoq; miſcetur ſimiliter, & fit ex eis per decoctionem cęleſtinus color & delectabilis. Nõ putet quis ꝙ Sulphur per ſe opus compleat aliquod. non. n. eſſet hoc niſi vanum credere. hoc autem ſatis lucide probabimus in ſequenti, Eligitur autem craſſum & lucidum. Et de Sulphure hæc dicta ſufficiãt.

## De Arſenico. Cap. xiiii.

REſtat nos de Arſenico diſputare. Ad preſens. igitur dicimus, ꝙ eſt de ſubtili materia & ſimili cum Sulphure. idcirco non oportet id aliter diffiniri q̃ Sulphur. In hoc autẽ diuerſificatur a Sulphure, quia eſt albedinis tinctura, & rubedinis ſimiliter de facili: Sulphur vero rubedinis de facili. albedinis autem difficillime. Eſt autem Sulphuris & Ar-

ſenici duplex genus.citrinum quoq; & rubeū.
quæ ſunt huic arti vtilia.reliqua vero multa ge-
nera non. Figitur autem Arſenicum ſicut &
Sulphur. Vtriuſq; vero ſublimatio a metallorū
calcibus melior eſt. Non ſunt autem Sulphur
& Arſenicum medicina perfectiua huius ope-
ris.nec completio:ſunt autē adminiculum per-
fectionis in caſu.eligitur autē lucidum & ſqua
moſum & ſciſſile.

De Mercurio. Cap.xv.

ARgētum quipppe viuum quod & Mer-
curius appellatur antiquorum vſu, eſt
aqua viſcoſa in viſceribus terræ, ſubſtā-
tiæ ſubtilis,albæ terreę, per calorem tempera-
tiſſimum vnita totali vnione per minima,quo-
uſq; humidum temperetur a ſicco,& ſiccum ab
humido ęqualiter. Ideoq; fugit ſuperficiem pla
nam de facili propter ſuæ aquæ humiditatem.
non autem adhęret,quāuis viſcoſam habeat hu

miditatem,propter ſiccitatem illius, quæ illam contẽperat,& non adhęrere permittit. Eſt etiã, vt quidam dicũt materia metallorum cum Sulfure.adhæret quoq; tribus mineralibus de facili.Saturno ſcilicet Ioui & Soli: Lunæ autẽ magis difficulter. Veneri difficilius q̃ Lunę. Marti autem nullo modo niſi per artificium. Ex hoc vtiq; maximum elicias ſecretum. Eſt enim amicabilis,& metallis placabilis,& medium cõiungendi tincturas.& nõ ſubmergitur aliquod metallorum in Mercurio niſi Sol. ſoluuntur tamẽ Iupiter & Saturnus, Luna & Venus ab eo, & miſcentur.& ſine ipſo aliquod metallorum deaurari non poteſt. Figitur & eſt tinctura rubedinis, exuberantiſſimæ refectionis in fulgida ſplendens,& non recedit a cõmixto donec eſt. Non eſt tamen medicina noſtra in natura ſua. ſed iuuare quandoq; poteſt ſimiliter in caſu.

De corporibus metallicis, quæ ſunt effectus principiorum naturę. Cap.xvi.

DIcimus igitur de metallicis corporibus quæ ſunt effectus horum naturæ principiorum. ſunt autem ſex numero. Aurū. Argentum. Plumbum. Stagnum. Es: Ferrum. Dicimus igitur quoniam metallum eſt corpus miſcibile minerale fuſibile, & ſub malleo ex omni dimenſione extendibile. Eſt autem metallum vt diximus denſæ ſubſtantiæ, & fortiſſimę compoſitionis, & firmæ habent etiam affinitatem magnam metalla adinuicem. non tamen perfectum, diminutum perficit per eius cōmixtionem. Si enim aurū cum plumbo admiſceatur fuſione, non fit ex hoc plumbum aurū, ſed euaneſcit a cōmixtione & aduritur plumbum. Aurum autem in examinatione remanet. & ſimiliter in reliquis inducendo cadit ſecundum omnem curſum: ſecundum vero noſtrum magiſterium, perfectum imperfectum perficit & adiuuat. & imperfectum in noſtro magiſterio per ſe perficimus ſine admixtione alicuius rei extraneę, & perfectum hoc eodem magiſterio

perficimus. Et per deum ſe adinuicem alterant & alterantur, & ſe inuicem perficiunt & perficiuntur: per ſe tamen vnumquodq; eorum nequaq̃ perficimus ſine alicuius alterius adminiculo.

## De Sole. Cap. xvii.

ATtulimus tibi in generali capitulo ſummam de intentionibus metallorum, ſpecialem tibi tamẽ faciemus de vnoquoq; ſermonem. Et primo de Auro. Dicimus igitur ꝙ Aurum eſt corpus metallicum citrinũ, ponderoſum mutum fulgidum, ęqualiter in ventre terræ digeſtum, aqua minerali diutiſſime lauatum: ſub malleo extendibile, fuſibile, examinationem cineritii & cementi tollerans. Ex hac vtiq; diffinitione elicias ꝙ aliquid non eſt Aurum, niſi cauſas & differentias omnes habeat Auri. Quiſquis tamen metallum radicitus citrinat, & ad ęqualitẽ perducit, & mũdat, ex omni

genere metallorum Aurum facit. Ideoqꝫ per opus naturæ perpendimus ęs artificio eius in Aurum mutari poſſe. Vidimus nanqꝫ in mineris æris, a quibus emanabat aqua, ſecum adducens æris ſquamas tenuiſſimas ꝙ ipſas diuturno & continuo lapſu lauat & mundat. Deinde vero aqua ceſſante fluere, vidimus cum ſicca arena has ſquamas per triennium a ſolis calore excoqui. inter quas eſt inuentum Aurum veriſſimum: Eſtimauimus itaqꝫ per aquæ beneficium illas mundatas fuiſſe, per ſolis autem calorem & arenæ ſiccitatem ęqualiter digeſtum, ad ęqualitatem perueniſſe. Imitantes igitur naturam cum poſſumus ſimiliter alteramus, non tamen in hoc ſequi naturam valemus. Aurum quoqꝫ eſt precioſius metallorum, & eſt tinctura rubedinis: quia tingit & tranſformat omne corpus. Calcinatur autem & ſoluitur ſine vtilitate. & eſt medicina lętificans in iuuentute corpus. Frangit facile cum Mercurio & odore Plūbi, & teritur. Non eſt autem in actu quod ma-

gis ſibi cõmunicet q̃ Iupiter & Luna. In ponde re autem & ſurditate, & in putreſcibilitate Sa- turnus. in colore autem Venus. in potentia ma gis Venus. deinde Luna. deinde Iupiter, & de- inde Saturnus. vltimo vero Mars. Et hoc eſt vnum de ſecretis naturę. Cum ipſo ſimiliter cõ miſcentur ſpiritus, & figuntur per ipſum, ma- ximo ingenio, quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis.

## De Luna. Cap. xviii.

SOlis itaq; capitulo præmiſſo, dicamus ſer- monem noſtrum in Luna conuenienti vo cabulo Argento. Dicimus q̄ Argẽtum eſt corpus metallicum album, albedine pura, mun dum, durum, ſonans, perdurãs in cineritio. ſub malleo extendibile, ignibile, fuſibile. Eſt itaq; albedinis tinctura, & indurat Iouem per artifi- cium. & conuertit ad ſe, & cõmiſcetur Soli, & non fragitur, ſed in examinatione ſine artificio

ſecum non perſeuerat. Qui nouit ipſum magis ſubtiliare, & poſt ſubtiliationem inſpiſſare, & figere ſecum aſſociatum, cum eo manet in pugna, & ipſum non dimittit penitus Super fumum autem acutorum, ſicut aceti, ſalis ar. & agreſtæ fit cęleſtinus color mirabilis; & eſt nobile corpus, ſed diminutum a nobilitate auri. & inuenitur eius minera determinata; & aliquotiens habet confuſam mineram cum aliis corporibus. & illud non eſt ſic nobile. Calcinatur autem ſimiliter & ſoluitur labore maximo cum nulla vtilitate.

## De Saturno. Cap. xix.

DE Plumbo tradamus capitulum, & dicamus ꝙ ipſum eſt corpus metallicum, liuidum, terreum, ponderoſum, mutum; parua participans albedine. cum liuiditate multa; cineritium & cementum refugiens; molle facile in omni ſua dimēſione, parua compreſſiōe

extēdibile, & facile fuſibile ſine ignitione diſſo- lubili. Vt quidam fatui putant dicunt ipſum in natura ſua multum auro proximare. Sed quoniam ſunt durę ceruicis, omni ratione vacui, nullam rationem cognoſcere valentes ex ſubtiliſſimis rebus quantum in ſe eſt: de eis ſecundum ſenſum iudicant, quoniam vident illud ponderoſum, & mutum, & non putreſcere, credunt ipſum illi multum approximare. ſed hoc totum eſt erroneum & latius a nobis in ſequenti negotio reprobatum aperte. Plumbum ergo multum habet de ſubſtantia terrea, ideoq; lauatur: & in ſtagnum per lauacrum vertitur. Per hoc igitur patet Stagnum magis perfecto aſſimilari. Plumbum ſimiliter aduritur & fit Minium, & ponendo ſuper vaporem aceti fit Ceruſa. Et licet ipſum non multum approximet Argento: ex eo tamen per noſtrum artificium, de facili Argentum formamus: & non conſeruat proprium pondus in tranſmutatione, ſed mutatur in nouum pondus. Et hoc totū in ma-

giſterio acquirit. Eſt etiam Plumbum Argenti examen in cinericio, cuius cauſas dicemus.

## De Ioue. Cap. xx.

IOuis ergo traditione non omiſſa, ſignificamus filiis doctrinæ, q̄ eſt corpus metallicū album, non pure liuidum, & ſonans parū: terreitate pauca participans: ſtridorem, mollitiem: liquefactionis ſine ignitione velocitatem ex radice poſſidens: cinericium & cementum non expectans, ſub malleo extēdibile. Eſt ergo Iupiter inter diminuta a perfectione corpora magis perfectum ex radice ſuæ naturæ affinis, Soli videlicet & Lunæ, magis tamen Lunæ. minus vero Soli. Hoc itaq; in ſequenti lucide narrabitur. Iupiter quia albedinem multam ex radice ſuæ creationis ſuſcepit. ideo non alba corpora dealbat. Vitium tamen eſt ei, quia omne corpus frangit, præter Saturnum, & puriſſimū Solem. Et Iupiter multum Soli & Lunæ adhæ-

ret.ideo ex eis per examen non de facili receſdit. Suſcipit tincturam rubedinis, & ſplendet in eo fulgore inęſtimabili, & pondus acquirit in magiſterio huius artis. & mundatur facilius q̃ Saturnus. Et qui ſciuerit eius vitium fractionis corporum auferre, ſubito eius proficuo perfrui letabitur. Conuenit enim Soli & Lunæ, nec ſeparabitur ab eis ſemper.

## De Venere. Cap. xxi.

DE Venere vero ſermo noſter ſit ad præſens: & eſt corpus metallicum liuidum viride rubedine fuſca participans, ignibile fuſibile, ſub malleo extendibile, cineritium & cementum refugiens. Venus vtiq;, vt narratum eſt, in profundo ſuæ ſubſtantiæ, colorem & eſſentiam Auri protendit malleatur, & ignitur, vt Argentum & Aurum. Ideoq; ſecretum ex eo aſſumas, quia eſt medium Solis & Lunę: & facile ad vtrunq; conuerti tincturam accipit,

& eſt bonę conuerſionis, & pauci laboris. Et cũ eo conuenit Tutia vehemẽter. & illam citrinat citrinitate bona, vt ex hoc proficuum elicias. Excuſamur vtique per eam a laboribus indurationis, & ignitionis illius. Aſſumas igitur eum præ cæteris imperfectis corporibus in opere minori & medio. in maiori vero minime. In hoc tamen a Ioue vitium habet, quoniam liueſcit de facili. & infectionem ex aere, acribus, & acutis ſuſcipit. & eradicare illud, non eſt facile artificium. ymo profundum.

## De Marte. Cap. xxii.

MArtis vero narratio & ſecretuʒ eius totum eſt ex opere naturę. quoniam eſt corpus metallicum liuidum multum. parum vero rubeum. albedine non pura participans, durum, ignibile, non fuſibile fuſione recta, ſub malleo extendibile, & multum ſonans. Eſt autem mars duræ tractationis propter im

potentiam ſuæ fuſionis. qui ſi ſine medicina illius naturam immutante fundatur, cõiungitur Soli & Lunæ, & non ſeparabitur per examen ſeparationis ſine magna induſtria: ſed ſi ſeparetur coniungitur, & non ſeparatur per aliquod artificium, ſi eius natura fixionis non immutetur ab eo ſola remota ĩmunditia illius. Eſt ergo tinctura rubedinis de facili: albedinis vero bonæ difficillime. Et cum coniungitur non alteratum, non mutans eſt coloris coniuncti ſed augens illud in quantitate: Inter omnia igitur corpora Iupiter in ſplendidius & lucidius & perfectius ſolare & lunare tranſformatur corpus. Sed in eo eſt opus facilis tractationis & longi laboris. Poſt illud vero Venus minus perfectæ mutationis eligitur difficilioris fractionis, breuioris vero a Ioue laboris. Saturnus vero poſt Veneris perfectionem, in tranſmutatione ab illa diminutam habet, facilis tantum tractationis: longiſſimi vero laboris. Mars vero inter cętera minimæ perfectionis in tranſformatione

conſiſtit tractationis, vtiq; difficillimæ, & labo-
ris longiſſimi. Quæcunq; igitur a velocitate li-
quefactionis corpora remota ſunt difficilia in-
ueniuntur in tranſmutationis opere & tracta-
tionis Et ſunt hmõi Venus & Mars. quæ vero
ſunt magis, magis: & quæ maximæ, maxime.
Quæcunq; vero maioris liuiditatis infectionẽ
ſunt participantia. & hæc longioris laboris in-
ueniuntur, & minoris perfectionis. Quæcunq;
attamen perfectionum diuerſitates, paulo prius
a nobis determinatæ in minori & medio ope-
ris artiſicio repertæ ſunt: In maiori vero vnius
perfectionis ſunt omnia. non autem vnius tra-
ctationis, aut laboris ſunt. Remanet enim ea
quæ eſt tractationis facilitas & difficultas: &
quæ breuitas laboris, & longitudo in radice vi-
ciata corpora inuenta ſunt. Iam igitur princi-
pia naturalia traditione vera, quæ eſt ex inten-
tione naturæ ipſorum corporum aſcripſimus.
& ipſorum corporum ſimiliter determinantes
ſermones in ſingulis capitulis veraciter expo-

ſuimus, & ſecundum ſententiam eorum, qui in tima naturæ videre poterunt, & ſecundum noſtram, qui ad ea peruenimus cum inſtantia laboris. Nunc vero ſecundum quod inuenimus, expedit huius artis defectum ſupplere, & principia omnia huius magiſterii tradere in noſtri vltima ſermonis parte, & perfectionem quam vidimus, ſecundum eius exigentiam cum cauſis ſuis monſtrare.

Quarta
part lib. 2.
edit. Norimb.
pag. 72

## Libri Secundi Summæ Geberis philoſophi perſpicaciſſimi De principiis magiſterii, & perfectione eiuſdem Prohęmium.

SVnt duo quę determinanda ſunt
Principia .ſ. huius magiſterii, &
perfectio eiuſdem. Sunt itaq; hu-
ius artis principia modi operatio
num ipſius, quibus applicatur ar-
tifex ad hoc magiſterium, qui quidem ad ſe in-
uicem ſunt diuerſi. Eſt enim vnus modus Sub-
limatio & Deſcenſio alter, & vnus eſt Diſtilla-
tio & vnus ex modis eſt Calcinatio, & alius So
lutio, Sextus Coagulatio. Septimus vero Fi-
xio. Octauus eſt Ceratio de quibus ſingulis
enarrationem faciemus. Perfectio vero conſi-
ſtit ex cōſideratione rerum, quibus peruenitur
ad eam, & ex cōſideratione rerum iuuantium,
& ex conſideratione ipſius rei quæ vltimo per-

ficit,& ex cõſideratione rei ex qua cognoſcitur, ſi in perfectione fuerit magiſterium vel non. Cõſideratio vero eorum quibus peruenitur ad operis complementum,eſt conſideratio ſubſtãtiæ manifeſtæ, & colorum manifeſtorum, & ponderis in vnoquoq; corporum mundatorũ, & eorum ſcilicet corporum quæ non mutanda ſunt ex radice ſuæ naturæ abſq; vllo artificio,& conſideratio eorum ſimiliter in radice ſua,quæ mutanda ſunt cum artificio,& cõſideratio principiorum corporum ſecundum ſuum profundum occultum,& manifeſtum, ſecundum naturam ſuam ſine artificio,& eorum ſimiliter cũ artificio, quoniam ſi non cognoſcerentur corpora & illorum principia in profundo ſuæ naturæ & manifeſto cum artificio & ſine nescireetur quid ſuperfluum in eis & quid diminutum eſſet:quare neceſſe foret nos nunquã ad perfectionem tranſmutationis illorum peruenire. Conſideratio rerum iuuantium perfectionem: eſt cõſideratio naturarum illarum rerum quas

corporibus ſine artificio videmus adhærere & mutationem facere, & ſunt Marcheſita Magneſia Tutia Antimonium: Lapis lazuli: & conſideratio eorum quæ ſine adhærentia corpora mundificant, & ſunt.ſ.ſales & alumina, nitra, & baurachia, & quæ ſunt naturę huius. & conſideratio vitriſicationis mundantis per cōſimilem naturam. Conſideratio vero rei quæ vltimo perficit. eſt conſideratio electionis puræ ſubſtantiæ Argenti viui. & eſt medicina quæ ex materia illius aſſumpſit originem, & ex illa creata eſt. Non eſt autem iſta medicina Argentum viuū in ſui natura, nec in tota ſubſtātia, ſed fuit pars illius, non eſt autem naturæ ſuæ, cum lapis noſter factus eſt pars eius, ipſe enim illuſtrat, & ab aduſtione cōſeruat, quod perfectionis eſt ſignificatio. Conſideratio vero rei, ex qua cognoſcitur vtrum magiſterium in perfectione ſit vel non. eſt conſideratio cineritii, cementi, ignitionis, fuſionis, expoſitionis ſuper vapores acutos extinctionis, cōmixtionis Sulfuris, & rei adu-

rẽtis corpora, reductionis poſt calcinationem, & ſuſceptionis Argenti viui facilis vel difficilis. Hæc autem omnia narrabimus cum cauſis ſuis, & cum experientiis facilibus, quibus poteris manifeſte cognoſcere ſermones noſtros nõ variaſſe. Et hęc experimẽta erunt penitus nota.

## De Sublimatione ad quid inuenta ſit. Cap. i.

COnſequentes igitur noſtrum propoſitũ dicimus de Sublimatione, & fuit cauſa inuentionis eius, quia non inuenerunt antiqui noſtri neq; nos, neq; qui poſt nos erũt: aliquid, quod vniretur corporibus niſi ſpiritus ſoli, vel aliquid quod naturam corporis vel ſpiritus in ſe contineat. & hos proiectos ſuper corpora, ſine illorũ mundatione viderunt, vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrũpere, adurere, denigrare, & defędare. & hoc ſecundũ diuerſitatem ipſorum ſpirituum. Quidã enim

ſunt adurẽtes vt Sulfur & Arſenicum & Mar-
cheſita. & hi quidem corrumpunt ex toto. Alii
vero nõ adurunt vt omne genus tutię. & hi qui
deꝫ imperfectos colores dant, & illud ideo quo
niam qui adurunt denigrant & defędant, dupli
ci de cauſa hoc faciunt vna, quoniam vnctuoſi
tas Sulfuris de cuius proprietate eſt de facili in
flammari, & per inflammationem denigrari, &
per conſequens denigrata corrumpi ab eis nõ
eſt ablata. Altera vero cauſa eſt terreitas, quæ
ab eis ſimiliter ſeparata non fuit. In his autem
in quibus non datur perfectus color, cauſa eſt
ſola terreitas, liuidum faciens. Poteſt etiam, &
aduſtio liuidum crerare colorem, ideoq; inge
niati ſumus hos mundare ab vnctuoſitate vide
licet adurentę, eam habentes. ſ. & a terrea ſuper
fluitate omnes. Et ad hoc per nullum magiſte-
rium poſſumus peruenire niſi per ſolam ſubli-
mationem. Ignis enim cum eleuatur. ſubtilio-
res partes ſemper eleuat, ergo dimittit groſſio-
res. ex hoc patet per ſublimationem ſpiritus a

terreitate mundari, quæ ingreſſionem impedie bat, & colorem immundum dabat. Experien-tia vero ſatis tibi notum facit per viſum tuum, illos ab ea abſolutos eſſe. vides enim eos ſplen didiores, & magis peruios. & eos facilius cor-porum denſitates ſubintrare, & penetrare, & non fędum vt prius facere. Quod vero per ſub limationem aduſtio remoueatur. patet experi-mento. quoniam Arſenicum quod prius ante ſui ſublimationem impurum erat, ab aduſtio-ne, poſt eius ſublimationem inflammari ſe nō permittit: ſed ſolummodo ſine inflammatione recedit: & hoc idem in Sulfure experimentum inuenies. Quia igitur in nullis aliis q̄ in ſpiriti bus vidimus adhærentiam ad corpora cum al-teratione. per nulla alia fuimus ab eis excuſati: quin neceſſarium fuerit illos præparaſſe cum mundificatione illorum, quæ eſt per ſublima-tionem, ideoq; hæc fuit cauſa neceſſaria inuen tionis ſublimationis: Igitur narremus eius ordi nem totū ſine diminutione & ipſius eſſentiam.

## De diuerſitate Sublimationis, & qualiter debeat fieri & ordinari. Cap.ii.

DIcimus igitur ꝙ Sublimatio eſt rei ſiccę per ignem eleuatio cum adhęrentia ſui vaſis: Sublimatio vero diuerſificať propter diuerſitatem ſpirituum ſublimandorum, quædam enim fit cum ignitione: quędam vero cum igne mediocri, quædam autem cum igne remiſſo. Si igitur ſublimetur Arſenicum vel Sulfur, neceſſe eſt illa per remiſſum ignem ſublimari, quoniam cum habeant partes ſubtiliſſimas coniunctas vniformiter groſſis: aſcenderet vtiq; tota illorum ſubſtantia ſine purificatione aliqua, īmo denigrata & etiam combuſta. Vt igitur ſeparet quis immundam terream ſubſtantiam, neceſſe fuit inuenire ingenia duaruʒ generationum: proportionem.ſ.ignis & mundificationem cum commixtione fecum. quoniam commixtio cum fecibus partes comprehendit groſſas & tenet illas in aludelis fundo de

preſſas, nec eas ſcandere permittit. Vnde & ne
ceſſe eſt artificem triplicem ignis gradum ſubli
mationi applicare. vnum proportionare tali-
ter, ꝙ per eum aſcendant alterata tantũ & mun
diora & lucidiora, & per hoc manifeſte videat
ea mundari a terra feculẽta. Alter vero gradus
eſt. vt quod in fecibus remãſit de pura illorum
eſſentia ſublimetur cum maiori expreſſione
ignis, videlicet cum ignitione aludel & ipſaruꝫ
fecum, quã videre poterit artifex cũ oculis ſuis
manifeſte. Tertius gradus eſt vt adminiſtretur
ignis debiliſſimus & ſine fecibus ei quod ſubli
matum a fecibus eſt, & quod iam ita eſt depura
tum, ꝙ vix aliquid de illo aſcẽdat, & quod aſcẽ-
det de illo ſit res ſubtiliſſima, quæ huic operi ni
hil valet, quoniam illa eſt res qua mediãte adu
ſtio perficitur in Sulphure. Eſt igitur tota ſubli-
mationis intẽtio hæc, vt remota terreitate illius
per ignis adminiſtrationẽ debitam, & abiecta
ſimiliter ex eo ſubtiliſſima & fumoſa illius par
te, quæ aduſtionem cum corruptione efficit re-

linquatur nobis pars illa, quæ ita in ęqualitate conſiſtit, quę ſimplicem fuſionem ſuper ignem facit ſine aduſtione aliqua eadem de igne fugiẽte ſine inflammatione illius. Quod vero ſubtiliſſimum ſit aduſtiuum manifeſtiſſimis argumentationibus probatur: quia ignis ad ſuã conuertit naturam vnumquodq; eorum, quod magis affine illi eſt. Sed ex vna quaq; re aduſtibili magis affine eſt. quod ex illa eſt ſubtile. & adhuc magis affine eſt, quod ſubtilius eſt: Ergo & maxime affine quod ſubtiliſſimum eſt: Ab experientia ſimiliter, quoniam Sulfur vel Arſenicum, non ſublimata velociſſime inflammantur. Sulphur vero facilius. Sublimatum vero directe non inflammatur ſed euolat & extenuatur ſine inflammatione, præcedente tamen fuſione. His itaq; patet ſermonem noſtrum veridicum eſſe. Probatio vero adminiſtrationis fecum cum proportione ſua eſt. vt eligatur materia illa, cum qua plus conueniant ſpiritus ſublimandi. & cui permiſceantur profundius. quo-

niam illa natura cui magis vniuntur, potentior eſt in retentione fecum ſublimandorum, q̃ cui non. huius rationabilis ſatis eſt manifeſta probatio. Probatio vero ꝙ neceſſaria ſit fecum adminiſtratio eſt. ꝙ ſi non coniungitur Sulphur vel Arſenicum ſublimanda cum fece de aliqua re fixa: tunc neceſſe eſſet cum tota ſui ſubſtantia aſcendere non mundata. Experientia vero ſciunt nos vera dicere, qui in ſublimationibus exercitati ſunt. Probatio vero ꝙ neceſſaria ſit talium fecum adminiſtratio, quibus ſublimanda cõueniant & vniantur in profundo ſuo eſt. quoniam ſi feces non permiſcerentur per minima, tunc idem contingeret ſicut ſi fecem nõ haberent. ſ. vt aſcenderet tota illorum ſubſtantia ſine mundatione aliqua: ſi enim aſcendunt ſine fecibus cum tota ſubſtantia. ergo ſimiliter a fecibus ſublimata cum quibus nõ vniuntur aſcẽdere neceſſe eſt. Experiẽtia autem ſcit hoc eſſe neceſſarium qui hoc vidit & nouit. quoniam cum ſublimauit a re extranea, ab eorum natu-

ra, ſublimauit in uanũ. vt nullo modo depura-
ta poſt aſcenſionem illorum ipſa inueniret. Si
vero cum calce alicuius corporis ſublimauit,
tunc bene ſublimauit, & perfecte mundare po
tuit cum facilitate. Eſt ergo intentio fecum vt
adminiſtrētur de calcibus metallorũ. Eſt enim
in illis facilis operationis ſublimatio. cum re-
bus autem aliis difficillima. Non eſt igitur ali-
quid quod locum illorum poſſit obtinere. Nõ
autem dicimus ſublimationem impoſſibilem
ſine calcibus corporum, ſed eam difficillimá, &
lõgiſſimi laboris & protelationis vſq; in deſpe
rationem. Sed in hoc tantum bonitatis habet
quoniam quod ſublimatur abſq; fecibus, vel
ſine corporum calcibus, eſt multæ quantitatis.
Si vero cum fecibus, minoris: adhuc vero &
quod cum corporum calcibus eſt minimæ, ſed
facillimi laboris & breuiſſimi. Illud vero quod
plus nos excuſat a fecibus de corporibus eſt
omne genus ſalis præparati, & huius conſimi-
lium in natura, & eſt nobis cum ſalibus ſubli-

matio multæ quãtitatis, & poſſibilis ab eiſdem ſalibus ſublimandarum fecum ſeparatio, per ſalium ſolutioné, quod nullis aliis rebus eſſe contingit. Proportio vero fecum eſt, vt quãtitas fecum quantitati ſublimandorum proportionetur in quantitate. In hac etiam rudis artifex errare non poterit: mediocrem vero artificem ponere medietatem ponderis ſublimandorũ ex fecibus ſufficiens eſſe contingit. & in hoc errare non debet. Exercitato vero & maxime experto, minima illarum pars ſufficit. Quanto enim minoris feces ſunt quantitatis: tanto & maioris exuberantiæ ſublimationem neceſſe eſt eſſe. dummodo & ſecundum diuerſitatem ſubtractionis fecum fiat proportionalis illi ſubtractio ignis: In parua enim quantitate fecum paruus ad perfectionem ſublimationis ignis efficiatur, in magna magnus: in maiori maior. Sed quoniam non eſt res ignis, quæ menſurari poſſit. ideo cõtingit: in illo errare ſępiſſime eũ, qui in hoc exercitatus non eſt, tum ex diuerſita

te proportionis ſecum, tum etiam ex diuerſitate fornacis & lignorum adurentium. & ſimiliter vaſorum & coaptationis eorum. de quibus omnibus expedit artificem attentum ſollicitare: Sed communem adducimus regulam, quoniam imprimis expedit cum paruitate ignis ſolam aqueitatem ex ſublimandis exprimerē. qua remota ſi quid aſcendit per illum tunc in principio hic non augeatur ignis, vt per debiliſſimū ignem ſubtiliſſima pars tollatur. & ſeorſum deponatur, quæ eſt cauſa aduſtionis. Cum autem iam nihil vel modicum aſcendit quod experiri poterit cuȝ intromiſſione bombacis vel licinii in inferiori foramine aludel, vigoretur ignis ſub eo, & quanti vigoris debeat eſſe ignis experientia licinii oſtendet. Si enim parum de ſublimando & mundum exierit. adhuc paruus erit ignis, augeatur ignis. Si vero multum, & immundum, tūc ſuperfluus eſt. ſubtrahatur ignis. Si vero multum & mundum proportio tunc iam inuēta eſt. Immundum vel mundum mul

tum vel parum inueniri poteſt per extractionē licinii quod in foramen aludel poſitum fuit. ſecundum enim quam quantitatem munditiam vel immunditiam ex ſublimando reſpexerit artifex adheſiſſe licinio, ſimiliter ſylogiſare poterit & in tota ſublimatione neceſſario ignē proportionalem. & ex hoc ignis rectificationem inueniet ſine fallacia. Melior vero modus ſecū eſt vt ſumantur ferri ſquamæ vel ęris combuſti. Hæc enim propter priuationem multę humiditatis, de facili Sulfur aut Arſenicum ſibi imbibunt & ſecum vniunt. huius autem veritatem ſciet exercitatus ſolus.

## De Fecibus & fornace. Cap. iii.

EXpedit ergo nos rectificare artificem in quibus continget omnibus errare ignoranter in horum duorum ſpirituum ſublimatione Narramus igitur ei ꝙ ſi multas feces poſuerit, tunc ſi non augmentauerit ignem pro

portionalem, nihil ex ſublimando aſcendet; quomodo autem illum inueniat iam ſibi ſufficienter narratum eſt. Et ſi paucam ſecum quãtitatem, vel non ex corporum calce poſuerit, tunc & ſi illius proportionem non inuenerit. aſcendet ſublimandum cum tota ſubſtantia, & huius tradimus ſimiliter inuentionem ſufficientem. Ex fornace vero ſimiliter contingit errare. Nam magna fornax magnum dat ignem, paruum vero parua. Si ligna & foramina auricularum eis proportionentur. Si igitur poſuerit multam rei ſublimandæ quantitatem in paruam fornacem, ignem eleuationis ſufficientem non poterit exhibere. Si vero paucam in magnam, ſublimationem exterminabit propter ignis exceſſum. Similiter vero ſpiſſa fornax, conculcatum & fortem dat ignem. tenuis vero rarum & debilem. in quibus ſimiliter errare contingit. Si vero ſpiſſus & cum ſpacioſis auriculis ſit furnus, clarum & magnũ dat ignem. & cum ſtrictis debilem. Item etiam

ſi maior fuerit in coaptatione vaſis ad furnum diſtantia a ſpondilibus eius . magnum dabit ignem. Si vero minor minorem: in quibus omnibus contingit errare maxime. Rectificatio ergo horum eſt, vt furnus. ſ. conſtruatur ſecundum intẽtionem ignis quem quærit. Spiſſus. ſ. cum liberis auriculis cum diſtantia vaſis aludel multa a ſpondilibus furni, ſi magnum quęrit ignem. Si vero mediocrem, mediocritatem in his omnibus inueniat proportionalem: ſi vero debilem, proportionem in his eidem inueniat. Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cum proportione vera, & experiẽtia determinata. Si igitur vis multam ſublimationis quantitatem eleuare, tunc vas aludel tantæ capacitatis inuenias, ꝙ illam ſuſcipiat ſuper fundum ad eleuationem vnius palmæ. & ad illud coaptes furnum, aut ſuſcipiat aludel in medio ſui cum diſtãtia parietum ſuorum per duos digitos. & furno facto, facias illi auriculas quatuor ęque diſtantes proportione vera vt vera

æqualitas ſit ignis ad omnes partes illius. Tunc vero ſtipite ferreo in medio fornacis in ſpondilibus eius firmato, qui a fundo fornacis diſtet ad extenſionem vnius palmæ cum pollice ſuo. & ad ſpiſſitudinem vnius digiti ſuper eo firmetur vas aludel, & circumliniatur ad furnum, cuius præſens demonſtrat deſcriptio. Auriculæ vero ſi libere & bene ſe expediunt, de fumoſitatibus & flamma: & libere per totum furnū tranſiuerit ignis in circuitu aludel, tunc bene proportionatum eſt. ſi vero non: non. & tunc dilata eius auriculas. & ſi emendatur bene quidem. ſi vero non: tunc neceſſario relinquitur, ꝙ diſtantia aludel a parietibus parua eſt. radantur ergo parietes, & amplietur diſtantia, & poſtea tentetur. Reiteretur ergo ampliatio auricularū, & menſura ſpondilium, quouſqꝫ libere ſe abſoluat a fumo: & flamma in circuitu aludel ſit lucida, & libere per auriculas exeat. Iſta eſt ſufficiens experientia ad omnem ſublimationis quantitatem de inuētione magnitudinis furni,

& dilatationis auricularum eius & diſtantię alu
del a parietibus ſuis.



## De ſpiſſitudine furni. Cap.iiii.

INuentio ſpiſſitudinis furni eſt, ꝙ ſi quęras magnum ignem. maior ſpiſſitudo illius ſit, ad menſuram extenſionis palmæ cum pollice ſuo. ſi vero mediocrem, ad menſuram ſolius palmæ. ſi vero minorem: ad ſpiſſitudinē duorum digitorum formetur.

## De forma aludel. Cap.v.

SImiliter vero ex lignis obſeruetur propor-tio. quia ligna ſolida fortem ignem. ſpon-gioſa debilem. ſicca magnum, & cito termi nabilem, viridia paruum & multum durantem, Similiter ſolida multum durantem: Spongioſa vero multū & de facili terminabilē dant ignē. Conſideratione igitur diſtantiæ aludel, & ma-gnitudinis & paruitatis auricularum, & ſpiſſitu dinis & tenuitatis furni, & diuerſitatis lignorū, accidit omnium ignium diuerſitates perquiri

cum experientia ſua vera. Ex latitudine vero maiore vel minore auricularum vel feneſtræ furni, per quam ligna intromittuntur, & adminiſtratione diuerſitatis lignorum, & additione & ſubtractione illorum, accidit inueniri determinatum ſpacium temporis durationis ignis. ſ. vt ſcientia determinata ſciatur quantum vnuſquiſq; ignis in ſuo gradu perdurare poterit & æqualitate. Et hæc inueſtigatio eſt maxime tibi vtilis & neceſſaria, quoniam per eam excuſaberis a multitudine laboris immenſi. Exerciteris igitur in ea, & in omnibus a nobis nunc nouiſſime determinatis. quoniam qui ſe exercuerit inueniet, qui vero non: non.

## De lignorum proportione. Cap. vi.

INuentio vero vaſis aludel eſt vt fingatur vas de vitro ſpiſſum. de alia enim materia non valeret. niſi forte ſimilis eſſet ſubſtantiæ cum vitro, ſolum enim vitrum & ſibi ſimi-

le, cum poris careat, potẽs eſt ſpiritus tenere ne fugiant, & exterminentur ab igne. Alia autem non, quia per poros eorũ ſucceſſiue diminuuntur & euaneſcunt. Nec etiam metalla in hoc valent, quoniam ſpiritus per amicitiam & eorum conuenientiã in illa penetrant, & ſecum vniuntur. quare per illa tranſeuntes euaneſcunt, quod per ea quæ a nobis determinata ſunt aperte probatur neceſſario: & experiẽtia repertum eſt hic nos verum dixiſſe. ergo per aliquod aliud non excuſamur a ſuſceptione vitri in compoſitione aludel. Fingatur ergo concha vitrea rotunda, cuius fundus ſit paruæ curuitatis, & in medio ſpõdilium eius formetur zona vitrea circumdans eam extra. & ſuper illam zonã fundetur paries rotundus ęque diſtans a pariete conchę ad groſſitudinem cooperculi ipſius conchæ, ita ꝙ in diſtantiã hanc cadat paries coopertorii large ſine preſſura. Altitudo vero huius parietis ſit ad mẽſuram altitudinis parietis conchæ, aut parum plus, vel minus. Formentur vero duo cooperto

ria ad menſuram huius concauitatis duorum parietum ęqualia, quorum longitudo ſit æqualis, & ſit vnius ſpannæ. & figura eorum figura vna.ſ.piramidalis, in quorũ capitibus duo ęqualia ſint foramina, vnum in vno.aliud in alio.in quibus ambobus poſſit cadere maior gallinæ penna, vt hic preſenti conſcriptione monſtrat̃.



Eſt ergo tota vaſis intentio, vt poſſit moueri ſecundum artificis volũtatem coopertoriũ illius, & ꝙ iunctura ſit ingenioſa, per quam ſine lutatione aliqua nõ pateat ſpiritibus egreſſio. Qui ergo in hoc poterit magis ingeniari, non excuſet ſe ab hoc per noſtram traditionẽ. Et eſt ſpecialis intentio ſuper hoc.ſ.vt concha inferior cum ſpondilibus ſuis vſq; ad medium ſubintret coopertorium ſuum. Cum enim fumorum ſit aſcendere & non deſcendere: per hoc inuenimus inuentione iſta ſpiritus non habere ad conſumptionem exitum, & habet pręexcellere modos alios, quos inuentione noſtra quæſiuimus. Et hoc experiendo vidimus nos verũ ęſtimaſſe de illa. Intentio vero vna eſt, vt ſępiſſime euacuetur aludel caput, ne præ nimia ſublimandorum multiplicatione, in illud cadãt ad illius fundum, & te detineat multitudo reiterationis ſublimationis occupatum lõgo tempore. Eſt ſimiliter intentio alia, vt ſemper ſeorſum ſeparetur quod ſurſum ad propinquitatem foraminis ca-

pitis aludel aſcendit in pulucrem, ab eo quod fuſum & denſum in fruſtis, & apud fundũ illius peruium & clarum, cum adhærẽtia ad vaſis ſpõdilia conſcendiſſe inuenitur, quoniam hoc minus habet de aduſtione, q̃ quod prope foramen reperiatur ſcandiſſe. hoc autem in ſuperioribus aperte probatur, ratione videlicet & experimento. Probatio vero bonitatis & perfectionis ſublimationis eſt iam dicta. Et eſt, quæ inuenitur clara & lucida & non aduritur cum inflammatione. hæc eſt ergo perfectio intentionum ſublimationis, Sulfuris videlicet & Arſenici. Et ſi nõ inuenta eſt ſic, reiteretur opus ſuper illam cum conſideratione omnium ſuarum intentionum quouſq; ſic inueniatur.

## De Sublimatione Mercurii. Cap. vii.

NVnc vero totam intentionem ſublimationis Argenti viui determinemus. Eſt ergo completa ſumma illius depuratio

terreitatis & remotio aqueitatis illius. Excuſamur enim a labore remotionis aduſtionis eius. quoniam eam non habet ſed ſolum fugam & terreitatem ſuperfluam. Dicimus igitur quoniã ingenium ſeparationis ſuperfluę terrę ipſius eſt commixtio cum rebus, cum quibus affinitatem non habet. & ſublimationem eius reiterare ab eis multotiens. Et horum genus eſt tale, & calx corticum ouorum, & marmoris albi ſimiliter, & vitrum minutiſſime tritum, & ſalis omne genus præparatum. Ab iſtis enim mundatur, ab aliis vero cum quibus conuenit, niſi ſicut in perfectione corpora, vt ſunt Sol, & Luna, nõ mundatur, ſed potius corrumpitur: quia ſulfureitatē habent omnia talium, que aſcendens cum eo in ſublimatione ipſum corrumpit. Et in hoc experiẽtiam vides, quia ſi ſublimas illud a Stagno vel Plumbo: ipſum poſt ſublimationem infectum cõſpicies nigredine. Ergo melior eſt eius ſublimatio cum his quibus non cõuenit. Cum quibus autem conuenit melior eſſet, ſi ſulfurei-

tatem non haberent. Ideoq; a talco melior eſt ſublimatio q̄ a rebus omnibus, quia illi parum conuenit, & ſulfureitatem non habet. Modus vero remotionis aqueitatis ſuæ ſuperfluæ eſt, vt quando commiſcetur calcibus a quibus ſublimari debet teratur: & commiſceatur illis cum imbibitionibus: quouſq; de illo nihil appareat. & poſt ſuper ignem lentiſſimum aqueitas imbibitionis remoueatur. qua recedente, & ſecum Argenti viui aqueitas recedet. ſit tamen ignis tam leuis vt per eum Argenti viui tota ſubſtantia non aſcendat. Ex multiplici igitur reiteratione imbibitionis cum contritione & leui aſſatione aqueitatis illius maior deletur pars. cuius reſiduum per ſublimationis reiterationem remouetur: & cum videris illud albiſſimum pręexcellens niuem albedine ſua: & quaſi mortuum aludel ſpondilibus adhærere. tunc ſuper ipſum reitera ſublimationem ſuam ſine fecibus, quoniā adhęret pars ſua fixa cum fecibus: & nunquam per ingeniorum genus aliquod ab illis ſeparari

poſſet.aut poſt illud figas partem illius: & mo-
dum fixionis eius in ſequētibus tibi expreſſe tra
demus. & cum fixeris illam, tunc reitera ſubli-
mationis reſiduam partem ſuper eam, vt illa ſi-
militer figatur, & ſerua. quod tentabis ſup ignē,
ſi fuſionem bonam dederit, tunc ſufficientē ſub
limationem ad illud reiteraſti. Si vero nō, adde
illi de Argento viuo ſublimato partem aliquā.
& reitera ſublimationē donec fiat fuſibile. quod
ſi lucidum & albiſſimum habuerit colorem &
purum tunc bene mundaſti. ſi vero non: non.
Igitur ne ſis in præparatione illius, quæ per ſub
limationem fit, negligens. quoniam qualis erit
mundatio, talis & perfectio per illum conſeque
tur in proiectione illius, ſuper vnūquodq; im-
perfectorum corporum, & ſuper ipſum viuum
non præparatum. Vnde & quoſdam contingit
Ferrum, & quoſdā Plumbum. & quoſdam per
illum Venerem, & quoſdam Stagnum forma-
re: quod contingit propter purificationis negli-
gentiam, quandoq; ipſius ſolius. quādoq; & Sul

furis ſibi admixti: vel eius comparis. Si ergo di-
recte ſublimando mundaueris, & illum perfece
ris: erit albedinis tinctura firma & perfecta, cui
non eſt par.

## De Sublimatione Marchaſitæ. Cap. viii.

SVfficienter igitur ſublimationis Argenti viui ſumma intentionis tradita. nunc ad Marchaſitæ ſublimationẽ accedamus Duę tamen ſunt illius ſublimationes. Prima quidem ſine ignitione perficitur. Alia vero cum ignitione. & illud ideo quia habet duplicem ſubſtantiam, Vnã. ſ. Sulfur purum in materia ſua. Aliã vero ſubſtantiam Argentum viuum mortificatum. prima vtilis eſt ſicut Sulfur. ſecunda vero vtilis ſicut Argentum viuum mortificatum. ſ. mediocriter præparatum. Aſſumamus igitur hanc vltimam, quoniam per illam excuſamur a ſuſceptione Argenti viui, & a laboribus mortificationis eius. Eſt igitur totus modus ſublima-

tionis illius. vt teratur & in aludel ponatur, & ſublimetur ſine ignitione Sulfur eius: ſemper remouendo quod ex ea ſublimatur ſępiſſime, propter cauſam dictam. & augendo ignis vigorem vſq; ad ignitionē aludel: & eius prima ſublimatio Marchaſitæ debet fieri in vaſe ſublimationis Sulfuris quouſq; Sulfur receſſerit, & poſtea in iſto ſucceſſiue & ordinate, quouſq; totū, quod in ea de Sulfure conſtat exierit, quod probare poteris his manifeſtis experientiis. Nam cum totum illius Sulfur fuerit eleuatum, videbis colorem eius quod poſt illud ſublimabitur, mutari in albiſſimum mixtum cęleſtino eidem colore clariſſimo & amęno. Aliter quod erit de Sulphuris natura comburetur, & flammam dabit vt Sulfur: quod vero ſecundo poſt illud ſublimatum fuerit, nec inflammabitur, nec proprietates Sulphuris oſtendet aliquas. ſed viui Argenti mortificati in ſublimationis iteratione. Illud ergo colligamus per ſuum ſublimationis modum, qui eſt, vt fiat vas terreum ſolidiſſimū,

& bene coctum,ad longitudinem mediæ ſtaturæ virilis . ad latitudinem vero per quã manus ſubintrare poſſit . & fiat fundus qui ſeparari & coniungi poſſit,ad ſimilitudinem vnius parapſidis profundæ multum : & menſuretur ab orificio illius vaſis vſq; prope fundum,ad mẽſuram longitudinis vnius manus cum digitis ſuis . & de illo loco vſq; ad caput eius vitrificetur interius vas , vitrificatione ſpiſſa multum , & ſuper caput eius ponatur elembich cum lato naſo. in tali enim vaſe ſublimatur illud . Coniungatur ergo fundus cum vaſe ſuo per lutum firmæ tenacitatis,& ſuper ipſum fundum ſpargat̃ Marchaſita.& ſuper caput vaſis elembich lati naſi & ponatur in furnum.de cuius proprietate ſit fortem ignitionem dare fuſionis.ſ.Argenti vel Veneris,ſi artifex indiguerit : quod in ſumma noſtri operis, vbi diuerſitates inſtrumẽtorum narrabimus tibi & trademus ſufficienter . & caput illius furni claudas , cum rota habente foramen in medio ſui ad magnitudinem vaſis.

per quod illud vas intrare poſſit, & luta iunctu-ras in circuitu vaſis & furni, ne ignis exiens impediat te, & ſublimationis adhærentiam, relictis ſolis quattuor feneſtris paruis in rota, quæ claudi, & aperiri poſſint per quas mittantur carbones in furnum, & in lateribus fornacis ſimiliter quatuor, quaſi inter mediis, per quas & ſimiliter carbones mittantur. cum ſex vel octo foraminibus ad magnitudinem digiti minoris, quæ nunquam claudantur. vt per illa furnus a fumoſitatibus ſe libere poſſit expedire. Et ſint foramina illa in iunctura furni cum rota ſua.


Alembich
Virri
ata
Per
apſis

Furnus vero magnæ ignitionis eſt, cuius ſpondilia ſint ad altitudinem cubitorum duorum & in medio ſit rota minutiſſimis & ſępiſſimis perforata foraminibus cum luto fortiter annexo. capita vero foraminum ſuperius ſint ſtricta. inferius lata. vt cinis & carbones poſſint liberius ex illis cadere, & relinquat ipſa continue ad ſuſceptionem aeris liberi aperta. Nam aeris libera & multa ſuſceptio per inferiora foramina, eſt cauſa vna magnæ ignitionis per furnum. exercitaveris ergo in eo & ipſum inuenies. Cauſa vero longitudinis vaſis eſt, vt extra ignem multa quantitas eius extendatur & infrigidetur. vt fumi ſublimationis, locum refrigerii inueniant, & adhęreant, & non inueniant viam fugæ, & ſuæ exterminationis. Hoc nouit ille qui dum ſublimaſſet in breuibus aludel, nihil ex ſublimato inuenit, quoniam propter breuitatem aludel ęqualis fuit per totum ignis. Ideo ſemper in fumi ſubſtantia conuerſum ſublimãdum ſtetit, & non adhęſit, ſed ſucceſſiue per poros vaſis

euanuit. Vas ergo in omnibus ſublimandis ad maiorem ſui partem in locum ſui refrigerii extendatur. Cauſa vero vitrificationis vaſis eſt, ne fumi aſcendentes in loco ſuæ aſcenſionis, poroſum inueniant aludel parietem, & per illum penetrantes fugiant. Vitrificatur vero locus aſcenſionis illorum vt reſeruet illis via fugæ, fundus vero aludel, non quia ipſius fundus in magno igne conſiſtit. qui vitrificationem ipſius funderet. qua fuſa, & fundus eius & ſimiliter ſublimãdum funderetur & vitrum fieret. Eſt enim vitri proprietas, omnia fundere & ad ſe conuertere. His igitur omnibus conſideratis cum cauſis eorum, fiat ignis ſub aludel, quouſq; certificatus fueris experientia veridica totum illud aſcendiſſe. Eſt autem experientia intromiſſio baculi ferrei bene cocti habentis foramen paruum in capite ſuo vſq; ad medium eius veniens ad quãtitatem digiti minoris prope ipſam rem a qua fit ſublimatio.

Baculus



terreus

Et ſi foramini aliquid adhæſerit ex ſublimãdo, non eſt totum ſublimatum . ſi vero non : ſublimatum eſt. Et hac eadem exercitatione in ſublimandis certificari poteris omnibus.

## De ſublimatione Magneſiæ & Tutiæ. Cap. ix.

SVblimationis Magneſiæ & Tutiæ eſt eadẽ intentio cum intentione vltimæ Marchaſitæ ſublimationis . Non enim poſſunt hæc

omnia ſine ignitione ſublimari . ideoq; omnia vnam intentionem habent cum cauſis & experientiis eiſdem, & habent vnum ordinem generalem, quoniam ſine fecibus ſublimari debet quodcũq; ſublimari cum ignitione neceſſe eſt: quoniam in ſeipſis feces habent ſufficiẽtes: imo ſuperfluas : & huius ſignum eſt difficultas ſuæ ſublimationis.

## De Sublimatione diminutorum corporum. Cap.x.

SVblimantur & ſimiliter omnia corpora a perfectione diminuta: & hoc eodem ordine, & non cadit diuerſitas aliqua niſi quia ignis ſublimationis vehementior eſt in corporibus, q̃ in Magneſia Marchaſita & Tutia . Et non diuerſificantur corpora in ſublimationibus ſuis, niſi ꝙ quædam indigẽt admixtione rei ſubleuantis ea : quædam vero non : vt facilior fiat eorum eleuatio. Sed vna tamen ſpecialis in cor

porum ſublimatione confederatio & experien-
tia reperta eſt bona. videlicet vt in fundo aludel non ſit multa corporis ſublimandi quantitas. quia multitudo ſublimationem impedit. & planities ſit in fundo aludel ſublimationis, & non concauitas. vt poſſit æqualiter & tenuiter ſuper fundum ſparſum corpus. ęqualiter & multum in ſuis omnibus partibus ęqualiter eleuari. Corpora vero indigentia admixtione rei eleuantis ſunt Venus & Mars: pp ſuæ fuſionis tarditateꝫ. Venus utiq; ĩdiget Tutia. Mars vero Arſenico: & cum eis eleuantur de facili: quoniam cum eis maxime conueniunt. Fiat igitur poſt iſtorum conſiderationem ſublimatio vt in Tutia, & ſibi ſimilibus in ſublimatione. & diſponetur eorum ſublimatio hoc eodem ordine cum cauſis & experientiis ſuis.

## De Deſcenſione. Cap. xi.

NArratis itaq; Sublimationis intẽtionibus cum cauſis ſuis omnibus. reſtat nos nũc Deſcenſionis modum monſtrare, cum cauſis ſuis ſimiliter cum ſuo ordine determinato & completo. Fuit autem cauſa inuentionis illius triplex. Vna ſcilicet ut cũ medicina aliqua incluſa eſt in illo uaſe, quod uocat̃ Deſcenſoriũ vel Chimia. poſt fuſionem deſcendat per foramen eius. & tunc ſumus certi fuſionẽ ſuſcepiſſe Alia cauſa ut corpora præſeruentur a cõbuſtione debilia per eam deſcenſionem poſt reductionem a calcibus eorum. Nam cũ a calcibus corpora debilia attentamus reducere, non omnem illorum partem tempore vno reducere poſſumus. Si igitur pars illa quæ primo in corpus reducta eſt, reductionem totius expectaret, per ignem euaneſceret tunc maior illorum quantitas. Neceſſe igitur fuit ingeniari. vt cum ſtatim reducta eſt pars ab ignẽ deponatur. Hoc autẽ per Deſcenſorium fit. Eſt & tertia cauſa inuentionis corporum depurãs ab omni re extranea.

Deſcēdit enim corpus fuſum mundum, & omnem rem extraneam in concauitate illius dimittit. His itaq; neceſſitatibus inuenta Deſcenſione, determinetur modus illius cum inſtrumento ſuo prius notificato cum cauſis ſuis. Dicimus igitur ꝙ forma eius talis ſit, vt fundus illius ſit acutus, & parietes illius ęqualiter ſine ſcrupulo ſint terminantes in fundi acuitatē, vt poſſit vnū quodq; libere ſine adhęrentia ad illius fundi foramen deſcendere, Et coopertorium eius ſi neceſſe fuerit, ſit ad ſimilitudinem planæ parapſidis, & bene conueniat illi, & ſit de bona & firma terra, non de facili per ignis preſſuram fundente: Mittatur ergo res, cuius intētionis ſit deſcendere in illud ſuper baculos rotundos ex terra factos, vt magis fundo ſuperiori approximetur, & cooperiatur cum eo: & iunctura firmetur: & in igne de carbonibus ponatur, & ſuper ipſum ſuffletur, quouſq; tota res prędicta deſcendat in vas ſibi ſuppoſitū. Poteſt tamen ſi res fuerit difficilis fuſionis poni ſuper tabulam planam, vel

paruæ concauitatis, a qua poſſit de facili deſcendere, cum inclinatione capitis deſcenſorii parua: quoniam in illa firmius ſtabit, & diutius ignem ſuſcipiet, & meliorem fuſionem dabit: & ſæpiſſime tentari poteſt inclinatione capitis Deſcenſorii, ſi fuſa fuerit. Purificantur enim per hoc corpora. Sed per paſtillum melius purificantur. & eius modus purificationis eſt idem, cum modo purificationis deſcenſorii. Et ideo per illud excuſamur: tenet enim feces corporum Deſcenſorium & melius: ideo narramus modum illius cum ea. Dicimus igitur quoniam accipimus corpus, de cuius intentione eſt mundari: Et illud in granis minutiſſimis, vel limaturis, vel in calcem quod perfectius eſt redigimus, & miſcemus calcem cum aliquo, de cuius intentione non ſit fundi, ſicut albumen oui, & ſapo, & poſtea illud fundimus. Inuenimus enim per illud corpora mundari multa reiteratione, ſed non mundificatione perfecta, quam perfectio

nem ſciamus eſſe, ſed mundificatione vtili, vt medicina ſuſcepta perfectionis, melius & perfectius per eam tranſformentur corpora, eſt enim adminiſtratio præcedens cauſam. Omnem tamen adminiſtrationem ſufficienter in ſequentibus tibi narrabimus. Deſcenſorii vero modum & deſcriptionem ecce.


Ignis
Cooper
Baca
Ignis
Vasre
torium
Ignis
cipiens

De diſtillatione triplici ſcilicet per Alembich, Chimiam, & Filtrum. Cap. xii.

CONueniens eſt igitur, vt ſequentes propoſitum noſtrum, ſermonem de Diſtillatione tradamus cũ cauſis ſuis. Eſt ergo Diſtillatio vaporum aqueorum in ſuo vaſe eleuatio. Diuerſificatur vtiq; diſtillatio. Nam quædam eſt per ignem. Quædam vero ſine igne. Quæ vero per ignem fit, duorum generum inuenitur. Quædam eſt per eleuationem in alembich. Quædam per deſcẽſum Chimię, qua mediante oleum ex vegetabilibus elicitur. Cauſa generalis inuẽtionis cuiuſlibet diſtillationis eſt purificatio liquoroſi a fece & ſua turbulentia, & conſeruatio illius a putrefactione. Videmus enim rem diſtillatam quocunq; diſtillationis genere, puriorem effici, & melius a putrefactione cuſtodiri. Cauſa vero ſpecialis inuẽtionis illius, quæ per aſcenſum fit in alembich, eſt ſcilicet inquiſitio aquæ puræ ſine terra: cuius experientia

eſt, ꝙ vides aquam diſtillatam nullam fecem habere. Cauſa inuentionis aquæ puræ fuit imbibitio plurium medicinarum mundarum. vt ſi quãdo indigemus imbibitione, aquam puram habeamus, quæ fecem poſt illius reſolutionem non dimittat. Qua fece medicinæ noſtræ & ſpiritus mundari non poſſint, ſed infici & corrumpi. Cauſa vero inuentionis eius quæ per deſcenſum fit, fuit olei puri in natura ſua extractio. quoniã per aſcenſum oleum in natura ſua combuſtibili haberi non poterat: & huius inquiſitio fuit. ſcilicet vt color eius qui cum ſubſtãtia eius permixtus eſt habeatur. hoc enim iuuare poteſt in caſu. Diſtillationis vero quę per Filtrum ſine igne perficitur, cauſa inuentionis fuit, aquę ſola ſerenitas. Dicamus ergo omnem diſtillationis modum cum cauſis ſuis. Eius itaqꝫ quæ per aſcẽſum fit eſt duplex modus. Alia enim fictili olla cineribus plena perficitur. alia vero cum aqua in vaſe ſuo cum graminibus, vel lanoſitate ordĩne ſuo diſpoſita: ne cucurbita, vel diſtillationis

alembich rumpatur, ad perfectionem deduci-
tur. Ea vero quæ cum cineribus maiori & for-
tiori & acutiori perficitur igne quæ autem cum
aqua manſueto miſcibili & ęquali. Aqua enim
acuitatem ignis non ſuſcipit: quemadmodum
& cineres. Ideoq; per eam quæ cum cineribus
fit, colores & groſſiores partes terreas eleuari
contingit. Cum ea vero quæ cum aqua fit ſubti-
liores & ſine colore, & ad naturã aqueitatis ſim-
plicis approximãtes. Magis ſubtilior ergo fit ſe-
paratio per eam quæ cum aqua perficitur, q̃ per
eam quæ cineribus elicitur. Experientia bene
nouit hoc verum eſſe. qui cum diſtillaſſet oleũ
per cineres, oleum vix alteratum ſuſcepit in re-
cipienti. Volens ergo partes eius ſeparare ad il
lud neceſſitate peruenit, vt cõtingeret per aquã
diſtillari. & tunc per eius reiterationem ſepara-
uit oleum in partes ſuas elementares puriſſi-
mas. vt albiſſimam & ſereniſſimam aquam ex
rubicundiſſimo extraxiſſet oleo. remanente in
fundo elembich totaliter illius rubore. Per hoc

igitur magiſterium ad omnis rei vegetabilis, & eius quæ ex vegetabili proceſſit in eſſe, & omnis rei conſimilis omnium determinatam elemẽtorum ſeparationem peruenire neceſſe eſt. Per eam vero quæ per deſcenſum ad cuiuſlibet rei oleum perueniri determinate poteſt ſcilicet vegetabilium omnium & eorum conſimilium. Per eam vero quæ per filtrum eſt ad cuiuſlibet liquorosi ſerenitatem ſimiliter perueniri poteſt. Hæc autem omnia parum ſcientibus fiunt neceſſaria & manifeſta, qui vero hoc ignorat nihil ex hoc nouit magiſterio. Exercitetur igitur, & de facili ea inueſtigabit. Diſpoſitio ergo eius quæ per cineres fit eſt, vt ſumatur olla fortis ex terra & coaptetur in furno ſimili ſublimationis furno, cum eadem diſtantia furni a ſpondilibus per eandem inueſtigationem, & ſimilibus auriculis, ſuper cuius fundum ponantur cineres cribellati ad digiti ſpiſſitudinem, ſuper quos ponatur vas diſtillationis & cooperiatur in circuitu eius cum eiſdem cineribus vſq; prope collum

alembich . poſt infundatur res in illud de cuius intentione ſit ſic diſtillari . Vltimo cooperiatur illud cum alembich.cuius collum ſigillatim ſuſcipiat intus alterius collum,ne viam fugæ inueniat diſtillaudum . poſt lutetur alembich cucurbitæ inferioris intra ſe vſq; ad concauitatem canalis ipſius alembich cum cucurbita ſua vt firmetur eorum iunctura,& ſupponat ignis quouſq; diſtillet.Elembich autem , & eius cucurbita de vitro ſint , & ignis augeatur illi ſecundum exigentiam diſtillationis , quouſq; videatur totum diſtillatum eſſe cum magna ignis expreſſione . Secundæ vero intentionis diſtillationis diſpoſitio quæ per aquam fit . eſt ſimilis huic in vaſe & elembich. Differt autem ab ea in hoc,q; ſumitur vna olla ferrea vel enea , & coaptatur ad furnum vt dictum eſt.& poſt ſuper fundum illius olle ſtratum de graminibus vel lana , vel re alia conſimili conſtruatur ad ſpiſſitudinem duorum vel trium digitorum,ne cucurbita frangatur.& eiſdem graminibus vel rebus conſimi

libus cooperiatur in circuitu cucurbita, vſq; pro pe collum elembich, & ſuper ipſa ſtramina virgæ ſubtiles ſpargantur. & ſuper virgas ponantur lapides ponderoſi, qui ſuo pondere cucurbitam & elembich & ipſa ſtramina deprimant: & depreſſa firmiter & ſtabiliter teneant ſuper ollę fundum, ne natent leuigata per ipſam aquam. quia leuigatio hæc eſſet cauſa fracturæ vaſis, & diſtillandæ rei perditio. poſt inter ſtramina fundatur aqua vſq; ad ollæ plenitudinem, & ſupponatur ignis quouſq; diſtilletur totum. Diſpoſitio vero eius quæ per deſcenſum fit, eſt vt fiat Deſcenſorium vitreum cum coopertorio eius, & lutetur vtrunq;, & intromittatur quod ſic diſtillari intenditur. & fiat ignis ſuper caput illius. deſcendet enim diſtillatio eius. Diſpoſitio vero eius quæ per filtrum fit eſt vt ponatur diſtillandum in concam lapideam, & filtri bene abluti, & madidi ponatur pars latior in dictum liquorem vſq; ad fundum conchæ. Pendeat vero exilior pars eius ab orificio conchæ extra: & ſub ca

pite illius filtri ponatur vas recipiens diſtillan-
da. Cum ergo incipiet diſtillare ipſum filtrum:
primo aqua diſtillabit qua madidum fuit . qua
ceſſante, ſuccedet illi liquor diſtillandus: qui ſi
non ſerenus fuerit totiens ad concham reuerta
tur quouſq; ſereniſſimus diſtilletur. & quia faci
lia ſunt omnia: magna probatione non indigēt:
ideo eorum probationem ſiluimus. Deſcriptio
vero & modus omnium vaſorum diſtillationis
cuiuſlibet a nobis nunc tradatur.

Primus diſtilla
tionis modus




Secundus diſtil
lationis modus







Tertius diſtilla
tionis modus




Quartus diſtil
lationis modus

## De Calcinatione. Cap.xiii.

POſt igitur diſtillationis narrationem, de Calcinatione ſermonem tradamus. Eſt ergo Calcinatio, rei ſiccę per ignem pulueriżatio ex priuatione humiditatis partes conſolidantis. Cauſa vero inuentionis eius eſt, vt ſulfureitas aduſtiua & corrumpens & defędans per ignem deleatur. Diuerſificatur vero ſecundum diuerſitatem rerum calcinandarum. Calcinantur enim corpora, & calcinantur ſpiritus, & res aliæ extraneæ a natura horum, diuerſa tamē intētione. Quia igitur ſunt corpora imperfecta duorum ſcilicet generum. dura videlicet vt Venus & Mars. Mollia vero vt Iupiter & Saturnus, quæ omnia calcinantur. neceſſe fuit illa diuerſa intentione calcinari ſpeciali & generali. attamen vna intentio quare calcinantur eſt, vt ſulfureitas aduſtiua illa corrumpens, & defædans, deleatur: per ignem. n. comburitur omnis res in qua eſt ſulfureitas aduſtiua, quæ ſine calci

natione deleri non poteſt, quoniam ipſum corpus ſolidum eſt, & propter ſoliditatem & latitationem ſulfureitatis in continuitate ſubſtantiæ Argenti viui defenditur per illud ab aduſtione. ideo neceſſe fuit continuitatem eius ſeparare, vt ignis liberius ad quamcunq; minimam eius partem perueniens, ſulfureitatem ex eo comburere poſſit: & non defendat ipſum continuitas Argenti viui in illo. Et eſt communis intentio ſimiliter in illa depuratio terreitatis. Inuentum enim eſt ꝙ per reiterationem calcinationis, & reductionis eorũ mundantur corpora, vt modo ſcribimus in ſequentibus. Specialis vero cauſa corporum mollium eſt, vt cum his duabus intentionibus ſit intentio per eam calcinationem illa indurare & ignire. ad quod peruenitur cum ingenioſa reiteratione calcinationis ſuper illa, de qua in ſequenti traditione determinare nos expedit. Inuenimus enim per id ingenium manifeſte ipſa indurari. Sed manifeſtius Iupiter & citius induratur. Cauſa vero inuentionis ſpiri-

tuum calcinationis eſt: vt ipſi melius figantur, & facilius ſoluantur in aqua. quoniam omne calcinati genus fixius eſt q̃ non calcinati, & faci lioris ſolutionis: quia partes calcinatę magis ſubtiliatæ per ignem, facilius cum aquis com miſcentur & in aqua conuertuntur. hoc ſcit qui expertus eſt. Calcinatio vero aliarum rerũ fuit exigentia præparationis ſpirituum & corporũ, de qua latius determinabimus in ſequẽti. Non autem eſt de perfectione horum aliquid taliũ. Modus ergo calcinationis eſt diuerſus, propter diuerſitatem calcinandorum. Calcinantur enim corpora aliter q̃ ſpũs vel aliæ res, & corpora etiam a ſe inuicem differunt. Similiter diuerſi mode calcinãtur. Corpora enim mollia vnum modum habent generalem ad calcinationis in tentionem, ſcilicet ꝙ ambo per ſolum ignem calcinari poſſunt, & per ſalis acuitatem præpa rati vel non præparati ambo ſimiliter. Prius igi tur per ignem ſolummodo ſic perficitur, vt ſu matur vas ferreum vel terreum ad ſimilitudinẽ

parapſidis formatum: cuius ſtructura ſit firma; & coaptetur ad furnum calcinationis taliter, ꝙ ſub illo poſſint carbones proiici, & ſufflari. Proiiciatur vero in fundum vaſis illius Plumbū vel Stagnum, ꝙ ſuper tripodem ferream vel trium lapidum columnas ſedeat firmiter, & ad furni ſui parietes ſimiliter firmetur, quatuor vel tribus lapidibus coartantibus illud ad eos, ne vas moueri poſſit. furni vero figura eadem ſit cum forma furni magnæ ignitionis, de quo narratum eſt iam, & narrabitur ſimiliter ſermone cōpletiori. Accēdatur ergo ſub illo furno ignis ſub vaſe calcinationis, ad ipſius calcinandi corporis fuſionem potens. & cum ipſum corpus fuſum cutem nigram ſuper ſe creauerit ignis calore. ſubtrahatur ab eo cum pala ferrea vel lapidea, quæ ſe non permittat aduri ad infectionem calcis. Hæc excoriatio tam diu cōtinuetur, quouſq; ipſum corpus in puluerem conuertatur, ꝙ ſi Saturnus fuerit, ad maiorem ponatur ignem, quouſq; in citriniſſimum mutetur colorē calx

eius.Si vero Iupiter ſit,exponatur & dimittatur, quouſq; in albebinem calx eius mutetur completam.In hoc tamen ſollicitum reddimus artificem,quoniam Saturnus de facili a calce ſua redit ad corpus.Iupiter vero difficillime . Ideoq; ne contingat illum errare in expoſitione Saturni poſt primam eius pulueri zationẽ ſcilicet ad temperatum ignem,ne prius redeat q̃ perficiatur illius calx,quoniam temperantia ignis indiget & ſucceſſione augmẽti illius paulatim cum cautela,quouſq; in calce firmetur ſua,ne de facili redeat in corpus,vt poſſit illi maior ignis adminiſtrari ad ſuæ calcis perfectionem.Ne contingat ſimiliter errare propter difficilem Iouis reductionem.vt ſi quando poſuerit in reductionem calcem eius,eueniat ei q͏̃ non reducat:ſed inueniat eam prioris diſpoſitionis, aut in vitruʒ redactam,& ęſtimet tunc reductionem eius impoſſibilem.Dicimus enim quoniam ſi in Iouis reductione magnum non adhibuerit ignẽ, non reducet.ſi vero magnum,non neceſſe eſt illum

reducere.ſed poſſibile eſt illum in vitrificationē adducere. Et illud ideo, quoniam Iupiter in pro fundo ſuæ naturæ Argenti viui fugitiuam in‐cluſam habet ſubſtantiam, ꝙ ſi longam in igne contraxerit moram fugiet. & corpus priuatum humiditate relinquet. quod potius ad vitrifica‐tionis q̄ ad corporis metallici fuſionem conuer ti reperietur. Omne enim propria priuatum hu miditate, nullam niſi vitrificatoriam dat fuſionē. Ideoq; neceſſario relinquitur, ꝙ cum ignis im‐petu maximo, velociter reducat & celeriter feſti net. aliter enim non reducitur. Exercitetur ergo ad illud qui hoc vult ſcire.

De Calcinatione cum ſalibus. Cap. xiiii.

MOdus vero Calcinationis horum duo‐rum corporum, quæ a ſalis acuitate per ficitur eſt, vt proiiciatur ſuper faciem illorum quantitas ſalis poſt quantitatem ſępiſſi me in fuſione ſua. & permiſceantur agitatione

multa per baculum ferreum ſuper ignem, quo-
uſq; per ſalis mixtionem in cinerem vertatur.
& poſtea per eũdem modum perfectionis, per-
ficiatur illorum calx cum ſuis cõſiderationibus.
Sed in hoc eſt etiam differentia in horum duo-
rum corporum calcinatione, quoniam Plum-
bum ex primis calcinationis laboribus, ad pul-
uerem conuertitur facilius q̃ Iupiter. non autẽ
perficitur illius calx facilius q̃ Iouis. Dependet
autem huius cauſa ex eo ꝙ Saturnus humidita-
tem magis habet q̃ Iupiter fixam, & maiorem
terreitatem q̃ Iupiter. Veneris vero & Martis
eſt idem modus, diuerſus tamen a primis, & il-
lud propter liquefactionis eorum difficultate;,
& eſt vt laminati ponantur ad fortem ignitio-
nem. de cuius intentione non ſit fundere, pro-
pter multam terreitatis eorum quantitatem, &
multam ſulfureitatis aduſtiuæ & fugientis men
ſuram de facili in hoc modo adducuntur in cal
cem. & illud ideo, quoniam ex multa terreitate
Argenti viui ſubſtantiæ intermixta, turbatur

Argenti viui continuatio, & ideo poroſitas in eis creatur. per quam & ſulfureitas trãſiens euolare poteſt, & ignis ex cauſa illa ad eam accedens comburere & eam eleuare poteſt. Per hoc enim relinquitur, & partes minores fieri, & in cinerem per diſcontinuationem raritatis conuerti. Manifeſta eſt ergo experientia huius, quoniam expoſita ad ignitionem Veneris lamina, flammam dabit ſulfuream, & ſquamã in ſuperficie ſua cauſabit pulverizabilem, & illud ideo quoniam ex propinquioribus eius partibus faciliorem Sulfuris neceſſe eſt combuſtionẽ fieri. Modus vero furni calcinationis huius eſt idem, cum modo furni diſtillationis, niſi ꝙ foramen ſolummodo vnum debet ſuper caput ſuum habere, vnde a fumoſitatibus ſe libere abſoluat, & ſituatio calcinandorum in medio furni ſit, vt in circuitu libere ignem recipiat. Vas vero eius ſit terreum ad figuram parapſidis factum. Modus itaq; calcinationis ſpirituum eſt, vt eis ad fixionem approximantibus, adminiſtretur ignis ſuc

ceſſiue & paulatim illum augendo ne fugiant, quouſq; maximum eos tollerare ignem contingat, & vas eorum ſit rotundum, & vndiq; clauſum, & furnus idem cum nouiſſime dicto. Cũ ſimili autem furno, & ſimili vaſe. omnis ſimiliter alia res calcinatur. Excuſamur tamen a maiori labore q̃ qui adhibetur in cuſtodia fugę ſpirituum, quoniam alia res nõ fugit, niſi ſpiritus, & quæ ſpirituum naturæ approximat. Deſcriptio vero omnium quæ narrata ſunt nouiſſimę eſt hæc, quæ ſuperius deſcripta eſt.

## De Solutionibus. Cap. xv.

DE diſſolutione ſermo noſter ampliatus, innuit ſolutionem rei ſiccæ in aquã eſſe reductionem, quoniam omnis ſolutionis perfectio adducitur cum aquis ſubtilibus, & maxime acutis, & acribus, & ponticibus, fecem nullam habentibus, ſicut eſt acetum diſtillatum, & vna acerba, & pira multæ acritudinis,

& mala granata ſimiliter diſtillata, & his ſimilia. Fuit autem cauſa inuctionis eius ſubtiliatio eorum, quæ neq; fuſionem nec ingreſſionem habent, de quibus magna vtilitas amittebatur ſpirituum fixorum videlicet, & eorum quæ ſuæ naturę ſunt. Nam omne quod ſoluitur, neceſſe eſt ſalis aut aluminis vel eorum conſimilium naturam habere. Eſt autem natura eorum, quoniam fuſionem dant ante illorum vitrificationē, ergo & ſpiritus ſoluti fuſionem præſtabunt ſimiliter ſimilem. Cum ergo multum ex natura ſua corporibus & ſibi inuicem conueniant. habita fuſione neceſſe eſt per illam corpora penetrare, & penetrando tranſmutare. Ad hoc vero, ꝙ penetrent & tranſmutent ſine magiſterio non peruenitur, quod eſt.ſ. vt poſt ſolutionem & coagulationem illius adminiſtretur illi aliquis ex ſpiritibus purificatus & mundatus non fixus, & totiēs ab illo ſublimetur quouſq; ſecū maneat, & illi velociorem præſtet fuſionem, & ipſum in fuſione ſua a vitrificatione ꝓſeruet. De natura enim

ſic pręparatorũ ſpirituum, & corporum eſt non vitrificari, & a vitrificatione commixtum ſaluare, donec in commixto fuerint. Spiritus ergo qui magis naturam ſeruabit. ſpiritus magis a vitriſicatione defendet. Magis autem ſeruabit ſpiritus ſolummodo purificatus: q̃ purificatus fixus calcinatus atq; ſolutus. ideoq; neceſſe eſt illi admiſceri. Reſultat enim bona fuſio ex eis, & ingreſſio & fixio ſtans. Ex operibus autem naturæ probare poſſumus ſola ſalium & aluminũ, & ſimilium naturã ſeruantia ſolubilia eſſe. Non enim in operibus illius omnibus conſiderantes inuenimus alia ſolui præter illa. Igitur quęcũq; ſoluuntur, neceſſe eſt per illorum naturam ſolui, Sed quia, videmus omnia vere calcinata ſolui per reiterationem calcinationis, & ſolutiõis. Ideo probamus per illud omnia calcinata, ad ſalium & aluminum naturã approximare. Ideoq; ſeſe in proprietatibus neceſſe eſt concomitari. Modus ergo ſolutionis duplex eſt. ſ. per fimũ calidum, & per feruentem aquam. quorum eſt

vna intentio, & vnus effectus. Modus vero per fimum eſt, vt ponatur calcinatum in ampulla vitrea, & ſuper illud fundatur quantitas aceti diſtillati, vel conſimilium duplum eius, & obturetur caput ſuum bene ne reſpiret, & ſub fimo tepido triduo dimittatur, & poſtea per diſtillationem filtri ſolutum remoueatur. nõ ſolutũ vero iterato calcinetur, & poſt calcinationem iterato ſimiliter ſoluatur. donec per reiterationem operis illud totũ ſoluatur Modus vero qui per ebullientem aquam fit, velocior eſt, & eſt vt calcinatum ſimiliter ordinetur cum aceto obturato foramine ne res reſpiret, quæ in caldario pleno aqua & ſtramine ſepeliatur, vt in diſtillationis modo per aquam pręceptum attulimus per ordinem: & poſtea accendatur ſub ea ignis donec aqua per horam ferueat. Poſt vero ſolutum per filtrum diſtilletur, & ſeorſum ſeruetur. non ſolutum vero iterato calcinetur, & iterato eodem ordine ſoluatur, & per filtrum vt ſupra diſtilletur, vel reſeruentur inſimul mixtæ iſtæ ſolutiones,

vt potius vna ſola diſtillatio fiat, donec per reite rationem calcinationũ ſoluatur. deſcriptio vero eius quod nunc dictum eſt ſuperius habita eſt.

## De coagulatione Mercurii & rerum ſolutarum. Cap. xvi.

COagulatio itaq; eſt rei liquoroſæ ad ſolidam ſubſtãtiam per humidi priuationẽ reductio. Eſt autem duplex inuentionis cauſa illius, Argẽti viui. ſ. induratio. altera vero medicinarum ſolutarum ab aqueitate illis admixta abſolutio. Diuerſificatur vero ſecundum ipſorum coagulandorum multiplicitatem. Alia enim Argentũ viuũ coagulatione indiget, alia vero ſoluta medicina. Eſt autem, & ipſius Argenti viui duplex coagulatio. Vna quidem per ablationem totius humidi innati ab illo. Alia vero per inſpiſſationem ipſius humidi, quouſq; induretur. Coagulare attamen illud difficillime atq; laborioſe accidet, ad quod laborioſe acce-

dunt cum profunditate perſpicacis induſtriæ, & nos narrabimus omne ingenium coagulationis illius. Ingenium vero coagulationis cogitauerunt quidam fore per conſeruationem illius in igne temperato, qui cum illud putaſſent coagulaſſe, poſt remotionem eius ab igne inuenerunt illud fluere ſicut prius: per hoc ergo in ſtuporē adducti ſunt, & in admirationem vehemētem, arguentes ad hoc perueniri nō poſſe. Alii vero neceſſario ex principiis naturalibus ſupponentes humidum quodlibet ab ignis calore in ſiccitatem conuerti, conati ſunt perſeuerantiæ inſtantia continuare illius conſeruationem in igne, & per hanc continuationem ad hoc peruenerunt, vt ex eis aliqui in album: aliqui vero in rubeum conuerterūnt lapidem. aliqui vero in citrinum: cuius non fuit fuſio nec ingreſſio, & huius diuerſitatis cauſam, non potuerunt ęſtimare, illud ideo abiecerunt. Alii vero cum medicinis illud coagulare conati ad hoc non peruenerunt, ſed accidit eis illuſio. aut quia illud non

coagulauerunt: aut quia inſenſibiliter illud ab eis extenuatum eſt: aut quia coagulatio eorum non fuit in forma alicuius corporis, ſed in forma Argentiviui cum plumbo mixti, & horum cauſam ſimiliter ignorauerunt. Alii vero medicinas artificioſas componentes, illum in proiectione coagulauerunt. ſed eorum non fuit coagulatio vtilis. qnoniam ad imperfectum corpus illud conuerterunt. & cauſam huius ſimiliter videre non potuerunt. Horum igitur nos narrare cauſas expedit, ut coagulationis illius magiſterium artifex inueniat. Vt iam a nobis ſufficienter narratum eſt uniformis eſt ſubſtantia Argenti viui, quare non eſt poſſibile in breui ſpacio temporis per cõſernationem illius in igne aqueitatem remouere ſuam. Nimia ergo feſtinatio cauſa fuit primi erroris. cum uero ſubtilis ſit ſubſtantiæ ab igne recedit. Ignis igitur exceſſus fuit cauſa erroris illorum a quibus fugit. Commiſcetur cum Sulphure, Arſenico, & Marchaſita de facili propter communitatem in

natura ſua. ideoq; per illa apparet coagulatum non in forma corporis, ſed Argenti viui cum plumbo mixti. Non enim hęc cum fugitiua ſint poſſunt illud in ignis pugna tenere, quouſq; ad corporis naturam perueniat. ſed fugiunt ſecum per ignis incenſionem. & illud eſt cauſa erroris illorum qui ſic coagulant. Habet vtiq; ſimiliter Argentum viuum humiditatem ſibi multum vnitam. quam ab illo ſeparari nõ eſt poſſibile, niſi per ignis cautam violentiam, vel per cõſeruationẽ eius in ſuo igne. & ẽ ſuus ignis ille quẽ augmentando ſecundum exigentiam ſuæ tollerantiæ, illius humiditatem tollit, non relicta ſibi parte ad fuſionem metallicam ſufficiente: qua remota non funditur. & hæc eſt cauſa erroris illorum, qui in lapidem illum coagulant non fuſibilem: habet ſimiliter Sulfuris partes naturaliter ſibi mixtas, quaſdam tamen plus. quaſdam vero minus. quas remouere per artificium non eſt poſſibile. Cum igitur ſit Sulfuris proprietas cũ Argento viuo rubeum vel citrinum ſecundum

menſuram ſuæ quantitatis creare colorem: eius ablationis proprietas Argento viuo erit albedinem dare per ignem. Hæc igitur eſt cauſa varietatis colorum illius poſt coagulationem eius in lapidem. habet & ſimiliter terreitatem Sulfuris admixtam. qua infici omnes ſuas coagulationes neceſſe eſt, & hæc eſt cauſa erroris illorum, qui illud in corpus imperfectum coagulant. Ex diuerſitate igitur medicinarũ coagulationis illius, accidit diuerſa in coagulatione creari corpora, & ex diuerſitate illius ſimiliter quod coagulandum eſt. Nã ſi medicina, vel illud habuerit Sulfur mixtum nõ fixum, neceſſe eſt corpus molle ex illo creari: Si vero fixum, neceſſe eſt durum, & ſi album: album. ſi vero rubeum: rubeum. & ſi remiſſum ab albo vel rubeo, remiſſum ſimiliter neceſſe eſt fieri, & ſi terreum infectũ. ſi vero non: non. & omne ſimiliter non fixum liuidum creat. fixum vero non, quantum in illo eſt. Pura ergo illius ſubſtantia purum creat corpus. non pura vero e contrario. Accidit autem & ſimili-

ter in ſolo Argento viuo abſq; Sulfuris com-
mixtione diuerſitas eadem propter diuerſitatem
mundationis & præparationis illius cum medi
cinis. Ideoq; contingit ex medicinæ diuerſitate
illuſio in coagulatione illius per eam, quandoq;
Plumbum. quandoq; Iupiter, quandoq; Venus,
quandoq; Mars: quod propter impuritatem ac-
cidit fieri, quandoq; vero Sol, quandoq; Luna;
quod ex puritate euenire neceſſe eſt, & conſi-
deratione colorum.

## De Coagulatione Mercurii per præcipi- tationem. Cap. xvii.

COagulatur igitur ex frequenti illius prę-
cipitatione cum violentia ad ignis aſpe-
ritatem. Aſperitas enim ignis aqueitatē
illius de facili remouet, & hoc fit per vas cuius
figura ſit multæ longitudinis, in quo inueniens
refrigerium, locum adhęrentie inueniat & quie
tis, in eius ſpōdilibus per ſuam longitudinem:

& non fugæ viam, quouſq; iterata vice ad illius fundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quouſq; fiat fixum. Coagulatur ſimiliter ex diuturna retentione in ſuo igne cum vaſe vitreo, cuius collum ſit multæ longitudinis, & in ventre figuram ampulle habeat, cum continua colli eius aperitione, vt poſtea poſſit humiditas eius euaneſcere. Coagulatur vero per medicinam illi cõuenientem, & nos narrabimus in ſequenti illam apertius. Hic vero ſimiliter vt intentionem noſtram ſuper illam narremus completam, ſecundum q; per noſtrum inuenimus experimentum. Et eſt medicina illa quæ maxime illi in profundo adhæret, & per minima commiſcetur ante illius fugam. Ex rebus ergo ſibi conuenientibus neceſſe eſt illam colligere. Sunt autem huius corpora omnia Sulfur vel Arſenicum, ſed quia nõ videmus corpus aliquod in natura ſua illũ coagulare, ſed ab eis ipſum fugere, quantumcunq; fuerit ſuæ conuenientiæ. Ideo cõſideramus nul

ſum corpus illi in profundo adhærere. Subtilioris ergo ſubſtãtiæ & liquidioris fuſionis neceſſe eſt medicinam illam eſſe, q̃ ipſa corpora. Ex ſpiritibus etiam nõ videmus illis in natura ſua manentibus firmam, & ſtabilem coagulationẽ fieri illius, ſed fugitiuam & multæ infectionis. quorum quidem contingit alterum propter ſpirituum fugam. alterum vero ex terreę & aduſtibilis ſubſtantiæ illorum commixtione. Ideoq; ex hoc manifeſte relinquitur, ex quacunq; medicina illius eliciatur, ipſam debere eſſe ſubſtantiæ ſubtiliſſimæ & puriſſimæ illi adhærentis ex natura ſua facillime, & tenuiſſimæ liquefactionis ad modum aquæ fixæ ſuper ignis pugnam. hoc enim ipſum coagulabit & in naturam Solarem vel Lunarem cõuertet. Modos ingeniorum medicinæ tibi dedimus ad quam per illos peruenire potes. & ipſam ſermone ſibi proprio determinauimus. Solicite igitur ad illam exerciteris, & eam inuenies. Sed vt nos non increpare poſſis ex eius inſufficiẽtia: Dicimus quoniam ex ipſis

corporibus metallicis cum ſuo Sulfure vel Arſenico præparatis, & ex ſolis ſimiliter corporibus hæc medicina elici poteſt. Ex ſolo vero Argento viuo facilius & propinquius, & perfectius inuenitur. quoniam naturã propriam natura amplectitur amicabilius, & ea gaudet magis q̃ extranea. & eſt in ipſo facilitas extractionis illius ſubſtantiæ ſubtilis. Cum iam in actu ſubtiliſſimam habeat ſubſtantiam. Modi vero inuentionis huius medicinæ Mercurii ſunt per ſublimationem vt a nobis narratum eſt ſufficienter. Modus vero fixionis illius in capitulo ſuæ fixionis ſimiliter narratus eſt. Coagulationis vero ſolutorum modus eſt per ampullam in cineribus vſq; ad collum in temperato igne quouſq; aqueitas euaneſcat. Deſcriptio longorum vaſorum hæc eſt, & eorum in quibus fit omnis coagulatio.

De Fixione & modis eius. Cap. xviii.

FIxio eſt rei fugientis ad ignem conueniens adaptatio. Cauſa vero intentionis ipſius fixionis eſt. vt omnis tinctura, omniſq; alteratio perpetuetur in alterando & non mutetur. Diuerſificatur vero & ipſa ſimiliter ſecundum rerum figendarum multiplicitatem: quæ ſunt videlicet corpora quædam a perfectione diminuta, vt Saturnus, Iupiter, & Venus. & ſecundũ diuerſitatem ipſorum ſpirituum, qui ſunt Sulfur & Arſenicum in gradu vno. & Argẽtũ viuum in alio. in tertio vero Marchaſita Magneſia & Tutia, quæ omnia prædicta ſoluuntur, coagulantur & fixantur, & horum ſimilia. Figuntur ergo corpora hæc a ſua perfectione diminuta per ſuam calcinationem. quoniam abſoluuntur per eam a ſulfureitate volatiua & corrumpente. Et hanc calcinationem ſufficienter in ſua monſtrauimus oratione. Figuntur vero Sulfur & Arſenicum duobus modis ſcilicet per reiterationem ſublimationis ſuper illa in vaſe aludel, quouſq; ſtent. Et ex hoc aquiritur intentio

feſtinationis fixionis illorum, vt ingenieris ad inuentionem multiplicis ſimilationis reiteratio nis in breui tempore. quod cum duobus fit allu- tel, cum duplicibus ſuis cooperculis hoc ordine ſcilicet vt nunquam ab actu ſublimationis deſi- ſtant donec fixa fuerint. Proiiciantur ergo cum in vno aſcenderint in aliud aludel. & ſic alter- nata vice fiat; etiam nunquam ocioſa permittan tur aludel ſpondilibus adhærere, quin in conti- nua ſint ignis eleuatione. quouſq; ceſſet illorum eleuatio. & quantocunq; breuiori tempore po- teris multiplices ſublimationis reiterationes multiplicare: tanto celerius cõtinget ipſius fixio nis tempus abbreuiare. Ideoq; fuit ſecũdus fixio nis modus inuentus: qui eſt per ipſius ſublimã di præcipitationem ad calorem vt continue in illo ſit donec figatur. & hoc fit per longum vas vitreũ. cuius fundus ſit terreus & non vitreus, quoniam ſcinderetur in partes: & ſit illi artificia liter cum clauſura bona connexus: & per ſpatu lam ferream vel lapideam cum ad ſpõdilia eius

Vas pri-
mum.





Vas ſecũ
dum.

Vas ter-



tium

adhæſerit, deiiciatur ad ima caloris cõtinue per alternas vices quouſq; figat̃. Fixionis vero modus Argenti viui eſt idem cum modo fixionis Sulfuris & Arſenici. & non diuerſificantur inter ſe: niſi in hoc, ꝙ non poſſunt Sulfur & Arſenicum figi, niſi prius eorum partes inflammabiles tenuiſſimæ, ſubtili diuiſionis artificio ab eis ſeparentur. Per hunc vltimum fixionis modum, Argentum viuum hanc conſiderationem non habet, Non enim habet partes inflammabiles:

Vas quartum



Vas vitreum

Spetula

Vas terreũ

Vas quin  tum

& ad hoc ſimiliter temperatiori calore q̃ Argen tum viuum indigent. In hoc vero modo diuerſi

ficantur, quia in longiori figuntur tempore q̄ Argentum viuum, quoniam altius eleuantur, propter ſuam raritatem q̄ Argentum viuum. Ideoq; longiori vaſe indigent q̄ Argentū viuū ad ſuam fixionem. Fixio vero Marchaſitæ Magneſiæ & Tutiæ eſt, vt cum poſt primam ſui ſublimationē acquiſiuerimus aliquid, quod ex eis volumus, abiectis illorum fecibus, reiteremus ſuper eas ſublimationem totiens conuertendo quod ſuperius aſcendit, ad id quod inferius remanſit ex vno quoq; illorum, quouſq; figantur. Deſcriptio vaſorum iam tradita eſt.

## De Ceratione. Cap. xix.

CEratio igitur eſt duræ rei non fuſibilis mollificatio ad liquefactionem. Ex hoc ergo manifeſtum eſt, ꝙ cauſa inuentionis illius fuit, vt quod ingreſſionem ex priuatione ſuæ liquefactionis non habebat, in corpus ad alterationem, mollificaretur vt flueret, & in-

greſſionem haberet. Putauerũt ideo aliqui cera
tioneꝫ fieri debere ex oleis liquidis & aquis. Sed
erroneum eſt illud, & a principiis huius magi-
ſterii naturalibus ſemotum penitus: & ex mani
feſtis naturę operibus reprobatum. Naturã.n.
non videmus in ipſis corporibus metallicis hu-
miditatem cito terminabilem, immo diu dura-
bilem ad illorum mollificationis & liquefactio-
nis neceſſitatem poſuiſſe. Si enim talem illis po
ſuiſſet, relinqueretur neceſſario vt citiſſime.ſ.
ignitione vna corpora totaliter humiditate pri-
uari contingeret. quare ex illo ſequeretur poſt
vnam ignitionem corpus quodlibet nec mallea
ri, nec fundi poſſe, Quamobrem igitur imitan
tes naturæ opera in quibus poſſumus, neceſſe
eſt nos modum naturæ in cerando ſequi. Cerat
autem ipſa in radice cerationis fuſibilium humi
ditate, quæ ſuper omnes eſt humiditates expe-
ctans ignis calorem. Igitur & nos cõſimili cera-
tione humiditate neceſſario expedit vti. In nul-
lis autem rebus melius & poſſibilius hæc humi

ditas in ceratiua inuenitur, q̃ in his videlicet Sulfure & Arſenico propinque, propinquius autem & melius in Argento viuo. Horum autẽ humiditatem non videmus terram illorum relinquere propter fortem vnionẽ, quam in opere mixtionis naturæ habuerunt. In omnibus autem rebus aliis humiditatem habentibus, experimẽto inuenies eam in reſolutione a terrea ſua ſubſtantia ſeparari. & poſt illius ſeparationem omni humiditate priuari. In ſpiritibus autem prędictis hoc minime contingit. Ideoq; non eſt aliud per quod ab illorum incerationis acceptione excuſari poſſimus. Modus ergo cerationis eſt per illos, vt totiens ſuper rem cerandam multiplicetur eorum ſublimatio, quouſq; in illa cum humiditate ſua manentes fuſionem bonã præſtent. Hoc autem non fiat ante illorum perfectam mundationem ab omni re corrumpente.

## Libri tertii Summæ Geberis philoſophi perſpi cacissimi, De conſideratione rerum ex quibus eſt perfectio ma- giſterii Prohæ- mium.

PRincipiorum itaq; huius magi- ſterii diſcuſſione tradita, neceſſe eſt ex promiſſione noſtra intentū huius noſtræ artis complete proſe qui ſermone illi conueniente. Et eſt ſcilicet conſideratio omnis rei, per quam per fectio huius operis aptius oſtendatur: Et conſi- deratio neceſſitatis perfectionis medicinæ. ſ. vt diſcutiatur ex qua re melius & propinquius eli- ciatur illa ad omnem imperfecti perfectionem. Et conſideratio ſimiliter artificiorum, per quæ cognoſcamus an perfectio ſit cōpleta. His itaq; traditis, & tota erit perfectionis tradita cogni- tio, ſecundum noſtræ artis exigentiam.

## De Sulfuris & Arſenici eſſentia. Cap. i.

COgnoſcere vero non eſt poſſibile tranſmutationes corporum vel ipſius Argenti viui, niſi ſuper mentem artificis deueniat vera cognitio illorum naturæ, ſecundum ſuas radices. Prius ergo corporum principia notificabimus: quid. ſ. ſint ſecundam cauſas ſuas: & quid boni vel mali in ſe cõtineant. Poſtea vero ipſorum omnium corporum naturas cum ſuis omnibus monſtrabimus proprietatibus: quę videlicet ſint cauſę corruptionis illorum cum ſuis experientiis. Comprobãtes igitur imprimis ſpirituum naturam: quæ ipſorum ſunt corporum principia afferamus: quæ ſunt ſcilicet Argentũ viuum Sulfur & ſuum compar. Dicimus igitur quoniam Sulfur & ſuũ compar pinguedo ſunt terræ, vt iam ſupra narrauimus in capitulo de Sulfure. cuius experientia manifeſtam probationem elicias per illius facilem inflãmationem, & facilem eius liquefactionem per calidũ. Non

enim inflammatur, niſi quod oleaginũ eſt. ideſt pingue. nec liqueſcit per calidũ facile, niſi quod illius naturam habet Sulfur itaq; & ſuum compar cauſam corruptionis habent ſcilicet inflammabilem ſubſtantiam & terream fetulentiam. Cauſam vero perficientem habent mediocrem inter hanc ſcilicet & illam. Eſt igitur cauſa corruptionis in illo per hoc ꝙ nec fuſionem nec ingreſſionẽ habet. Cauſa vero corruptionis ſimiliter eſt inflammabilis ſubſtantia, quæ nec ſtat, nec ſtare facit, & ꝙ nigredinem ex omni genere eius præſtat. Cauſa igitur perfectionis in illis eſt mediocris illorum ſubſtantia. quia per illius terreitatem nõ turbatur ab ingreſſione, quę per fuſionem bonam perficitur, & per illius ſubtilitatem non remouetur eius impreſſio de facili propter fugam. Non eſt autem mediocris illorum ſubſtantia, perfecttonis corporum vel Argenti viui cauſa niſi figatur: quæ cum non fixa ſit, licet illius impreſſio non moueatur tamẽ de facili ſtabiliter perpetuatur. Ex his itaq; elici-

tur mediocre illius ſubſtantiam diuidere artifi-
cem neceſſe eſſe. Diuidere autem putauerunt
quidam impoſſibile propter fortem illius com-
mixtionem: & illi quidem in ſuis operibus ma-
nifeſtis aduerſi ſunt. Nam & ipſi Sulfur calcina-
uerunt, & licet non multum, quod nullam fuſio
nem nec inflammationem dedit, ſed illud per
diuiſionem neceſſe eſt eueniſſe, quoniam Sul-
fur in ſui naturali commixtione permanens, ne
ceſſe eſt inflammari, & comburi. ergo per diui
ſionem diuerſarum ſubſtantiarum in illo relin-
quitur, partem illius magis inflammabilem a
partibus non inflammabilibus ſeorſum in arti-
ficio ſeparari. Nam ſi poſſibile eſt per calcinatio
nem ad reductionem illarum partium inflam-
mabilium in illo peruenire, neceſſe eſt ex illo-
rum naturalibus operibus eos confiteri, ad om-
nem partium diuiſionem peruenire. Sed quia
hoc dependet ex ſubtiliſſimo artificio, cogitaue
runt fore impoſſibile. Patet itaq; ex pręmiſſis in
capitulo, non eſſe Sulfur de veritate noſtræ ar-

tis,ſed pars eius:Et nos iam deduximus te in co gnitionem artificii,per quod ad illius diuiſionez poſſibile eſt peruenire. In Arſenico vero quia in radice ſuæ mineræ,per actionem naturæ reſolutæ ſunt multæ illius partes inflammabiles, ideo artificium eius ſeparationis eſt facile:ſed ipſum eſt albedinis tinctura : Sulfur vero rubedinis. In Sulfuris igitur diuiſione magnam adhibere cautelam neceſſe eſt.

## De Mercurii eſſentia. Cap.ii.

IN Argento viuo ſimiliter neceſſe eſt ſuper flua demere. Habet enim corruptionis cauſam ſcilicet terream & aduſtibilem abſq; in flam matione aqueitatis ſubſtantiam quibus in ſublimando purgatur. Putauerunt tamen aliqui non ſuperfluam habere terram vel immundiciam. Sed vanum eſt quod cogitauerunt. Videmus enim ipſum multæ liuiditatis, & non albedinis, & præterea ſimiliter per leue artificium vi

demus ex illo terram nigram & fetulentã ema-
nare per lauationem: cuius modũ narrabimus
in capitulo de Mercurii lauacro. & diximus ſi-
militer in capitulo de Sublimatione Mercurii.
Et ſimiliter deſolutione Mercurii. Sed quia du-
plicem eſt illius perfectionem elicere, & illud
perficere: ideo neceſſe eſt ipſum duplici munda
tionis gradu præparare. Sunt enim duæ mun-
dationes Mercurii neceſſariæ. Vna per ſublima
tionem ad medicinam, naʒ & hoc hic innuitur.
Alia per lauacrum ad coagulationem. & illa in-
nuitur in capitulo de medicina Argenti viui, ex
quibus elicitur. Si enim volumus medicinam
ex illo creare. tunc neceſſe eſt a fetulenta ſuę ter
reitatis ſubſtãtia mundare per ſublimationem:
ne in proiectione creet colorem liuidum: & ip-
ſius aqueitatem fugitiuam delere neceſſe eſt, ne
totam medicinam in proiectione fugitiuam fa
ciat, & mediocrem illius ſubſtantiam ſaluare,
per medicinam, de cuius proprietate eſt nõ adu
ri, & ab aduſtione defendere: Et quæ non fugit,

& fixum facit. Probamus itaq; perfectiuum eſſe illud manifeſtis experientiis. Nam videmus Argentum viuum magis Argento viuo adhęrere, & eidem magis amicari: poſt illud vero Aurū, & poſt Argētum. Ideo ex hoc relinquitur Solē & Lunam eſſe ſuæ naturæ magis. Alia vero corpora non videmus ad illud tantam conformitatem habere. ideo enim ipſa veridice innuimus minus ſua natura participare. Et quæcunq; videmus plus ab aduſtione ſaluari, illa cōſideramus plus ſuam naturam habere & poſſidere. Ideoq; relinquitur ipſum Argentum viuum eſſe perfectiuum & aduſtionis ſaluatiuum. quod eſt perfectionis vltimum. Secundus vero gradus mundationis illius ad ipſius coagulationem eſt, ut ſufficiat illi ſolummodo lauatio ſuæ terreitatis per mundationem: cuius modus hic eſt, vt ſumatur patella vitrea vel terrea, & in ea mittatur Argentum viuum ſuper quod fundatur robes parua quantitas, vel alterius rei conſimilis, quæ ſufficiat ad cooperiēdum illud, poſt mittatur ad

ignem lentum ne ferueat, & agitetur continue cum digitis ſuper fundum patellæ, vt diuidatur Argentum viuum in ſimilitudinem ſubtiliſſimi pulueris albi, donec totum acetum euaporet & ipſum Argentum viuum redeat, poſt vero quod fetulentum & nigrum videris ex illo emanaſſe laua & abiice, & hoc iterata vice multiplica, quouſq; videris colorē ſuæ terreitatis in clarum, mixtum albo cęleſtino colori perfecte mutari: quod perfectę lauationis eſt ſignū. Cum igitur peruenerit ad illud, proiiciatur ſuper ipſum medicina ſuæ coagulationis: & coagulabitur in Solificū vel Lunificū, ſecundū qđ pręparata extiterit, & ipſius narrationē in ſequēti ponemus. Ex iam ergo dictis patet & ſimiliter Argentum viuum nō eſſe perfectiuū in natura ſua, ad quā reducit minera ſua, ſed ad quod perducit ipſum artificiū noſtrum, & ſimiliter in Sulfure & ſuo compari eſt inducere. Non igitur in his poſſibile eſt naturaliter naturam ſequi, ſed per noſtrū artificium naturale.

## De eſſentia Marchaſitę Magneſiæ, & Tutiæ. Cap.iii.

DE aliis igitur ſpiritibus naturalẽ neceſſe eſt nos facere traditionem. qui ſunt ſcilicet Marchaſita, Magneſia, & Tutia, impreſſionem magnam in corporibus facientes. Et ideo dicamus quid ſint cum probationibus ſuis in hoc capitulo. Dicimus ergo ꝙ Marchaſita duplicem habet in ſui creatione ſubſtãtiam, Argenti viui. ſ. mortificati & ad fixionem approximantis, & Sulfuris adurentis: Ipſam ergo habere ſulfureitatem comperimus experiẽtia manifeſta. Nam cum ſublimatur, ex illa emanat ſubſtantia ſulfurea manifeſta comburẽsq;, & ſine ſublimatione ſimiliter perpenditur eius ſulfureitas. Nam ſi ponatur ad ignitionem non ſuſcipit illam priuſquam inflammationem Sulfuris, & inflammetur & ardeat. Ipſam vero Argẽti viui ſubſtantiam habere ſenſibiliter manifeſtatur. Nam albedinem pręſtat Veneri meri Argenti,

quemadmodum ,& ipſum Argentum viuum, & colorem in ipſius ſublmatione cæleſtinum præſtare,& luciditatem maniſeſtam metallicã habere uidemus . quæ certum reddunt artificẽ illam has ſubſtantias continere in radice ſua . Magneſia vero Sulfur plus turbidum,& Argentum viuum magis terreum & fetulentum,& ipſum Sulfur ſimiliter magis fixũ ,& alias minus inflammabile habere per eaſdem probare experientias manifeſte poteris.& ipſam ſimiliter magis naturæ Martis aſſimilare , et approximare. Tutia vero eſt fumus ipſorum corporũ alborũ & hoc manifeſta probatione perpẽditur . Nam proiecto fumo mixtionis Iouis & Veneris adhærente in ſpondilibus fabricæ fabrorum eandem impreſſionem facit cũ ea.& ꝙ fumus metallicis non reddit :nec ipſa ſimiliter ſine alicuius corporis commixtione . Ideoq; cum fumus ſit ipſe alborum corporum,alba nõ citrinat corpora ſed rubea.Nam citrinitas non eſt aliud , ꝗ rubei & albi determinata proportio.Ideoq; ipſa

propter ſui ſubtilitatem magis ad profundum corporis penetrat, & ideo magis alterat q̄ ſuum corpus, & magis adhæret in examine pauco artificio, quod iam tibi narratum eſt. Quæcunq; enim alterant per Argenti viui vel Sulfuris virtutem, aut horum ſimilium, neceſſe eſt alterari. quoniam hæc ſola communicant in natura ad ipſa corpora.

## De Solis eſſentia. Cap.iiii.

DE corporibus igitur ampliato ſermone eorum intime narremus eſſentiam & procreationē. Et primo de Sole, poſtea de Luna, vltimo uero de aliis, ſecundum q̄ videbitur expedire, cum ſuis probationibus, quæ p experimentum habentur. Eſt igitur Sol creatus ex ſubtiliſſima ſubſtantia Argenti viui, & clariſſima: & ex ſubſtantia pauca Sulſuris mundi, & purę rubedinis, fixi clari & a natura ſui mutati tingentis illū. Et ideo quia cōtingit diverſitas in

coloribus ipſius Sulphuris, neceſſe eſt & Aurũ citrinitatem intẽſam habere ſimiliter. Eſt enim quoddam magis, & quoddam minus in citrinitate intenſum. Quod enim ipſum ſit ex ſubtiliſſima Argenti uiui ſubſtantia perpenditur: quia & ipſum Argentum viuum de facili illud ſuſcipit. Non enim Argentum viuum aliud q̃ ſuæ naturæ ſuſcipit. Quod vero claram & mũdam illam habuerit per ſplendentem eius fulgorem, & radiantem manifeſtatur non ſolum in die, verumetiam in tenebris ſe manifeſtautem dicimus & vidimus. Quod vero fixam & ſine ſulfureitate comburentem ſubſtantiam habeat, patet per omnem operationem illius ad ignem Nam neq; minuitur, neq; inflãmatur. Quod vero ipſum ſit Sulfur tingens, patet per hoc, ꝙ admixtum Argento viuo ipſum in colorem tranſformat rubeum: & ꝙ ſublimatur forti ignitione de corporibus: ita ꝙ eorum aſcendat ſubtilitas cum eo citriniſſimum creat colorem: patet igit̃ ꝙ cum pura illius ſubſtantia purum colorẽ ge-

nerat, cum non pura vero impurum. Qui vero probationis ſuæ citrinitatis oſtenſione indiget, ſenſum nõ habet qđ per viſum perficitur. Subtiliſſima igitur Argenti viui ſubſtantia ad fixionẽ deducta, & puritas eiuſdem: & ſubtiliſſima Sulfuris materia fixa nõ adurẽs, tota ipſius auri materia eſt eſſentialis. Maior igitᷣ argẽti viui q̃ Sulfuris in illo probatur q̃titas, propter facilẽ Argenti viui in illud ingreſſionem. Igitur quæcũque volueris alterare, ad huius exemplum altera vt ipſa ad huius æqualitatem perducas: & modum ad illud nos iã dedimus. Et quia ſubtiles & fixas habet partes eius, ideo potuerunt partes eius multum denſari. Et hæc fuit cauſa ſui magni põderis. Per multã vero & tẽperatã decoctionẽ facta eſt ex illo paulatina reſolutio, & inſpiſſatio bona, & vltima mixtio, ut cũ ignitione liqueſcat. Ex præcedẽtibus igitur patet qm̃ multa quantitas Argenti viui eſt cauſa perfectionis. & multa Sulfuris corruptionis cauſa. Et vniformitas in ſubſtantia eſt cauſa perfectionis quæ per

mixtionem fit in decoctione naturali:& diuerſitas in ſubſtantia eſt cauſa corruptiõis:& induratio & inſpiſſatio, quæ per longam perficitur & temperatum decoctionem, eſt cauſa perfectionis:oppoſitum vero corruptionis. Igitur ſi ceciderit ſuper ipſum Argentum viuum Sulfur nõ debite, neceſſe eſt ſecundum diuerſitatem illius diuerſas corruptiones adduci. Poteſt enim Sulfur quod ſuper illud cadit, fixum non aduſtibile eſſe totum, aut totum aduſtibile & fugiẽs in natura Sufuris :aut partem fugientis:partem vero fixi tenere ;ſed in parte naturam Sulfuris tenere in parte vero non. aut totum mundum, aut immundum ,aut modicum, aut multæ quantitatis ſuperans in commixto, aut paucæ ſuperatum in illo: aut nec ſuperans:nec ſuperatum, aut album aut rubeum ;aut mediocre . Ex his itaq; diuerſitatibus neceſſe fuit in natura diuerſa creari corpora & his ſimilia. quas omnes oportet nos narrare cum probationibus manifeſtis.

## De eſſentia Lunæ. Cap. v.

IAm ergo patet ex prædictis ꝙ ſi ceciderit Sulfur mundum/fixum/rubeum /clarũ ſup ſubſtantiã Argenti viui puram/mundam/fixam/claram/non ſuperans, ymo paucæ quantitatis & ſuperatur, creatur ex hoc Aurum purũ Si vero fuerit qđ ceciderit Sulfur mũdum /fixũ album/clarum/ſuper ſubſtantiam Argenti viui mundam, Luna pura: ſi in quantitate non ſuperet : diminutam tamen habet puritatem ab Auri puritate: & ſpiſſitudinem groſſiorem q̃ Aurum. Cuius ſignum eſt, ꝙ non denſantur partes eius in tantum ꝙ Auro componderet. nec ita fixam ſubſtantiam habet vt illud. Cuius ſignum eſt diminutio eius per ignem: & Sulfur eius qđ non eſt fixum, nec incombuſtibile: cauſa eſt illius. Et ꝙ Sulfur in illo huius ſit diſpoſitionis: per illius pręambulam inflammationem probatur. Illud autem fixum, & nõ fixum ad aliud quidem, & ad aliud relatum eſſe: impoſſibile nõ eſt

æſtimandum. Lunæ enim ſulfureitas ad Auri ſulfureitatem relata, non fixa comburens eſt. Ad aliorum vero corporum relata, fixa, & non comburens eſt.

## De Martis eſſentia. Cap. vi.

SI vero fuerit Sulfur fixum terreum Argento viuo terreo mixtum, & hæc ambo non puræ albedinis ſed liuidæ fuerint: cuius ſuperantiæ quantitas ſit Sulfuris fixi ſumma: fit ex his ferrum, quoniam ſuperantia Sulfuris fixi fuſionem prohibet. Ideoq; ex hoc relinquitur Sulfur velocius liquefactionis feſtinantiã per opus fuſionis perdere q̃ Argentum viuum. Non fixũ vero videmus citius q̃ Argentum viuum liquefcere. Ex his ergo manifeſtatur cauſa velocitatis fuſionis, & tarditatis in vnoquoq; corporum. Nam quod plus de fixo habet Sulfure tardius. quod vero plus de adurente facilius & citius fuſionem ſuſcipit, quod ſatis aperte relinquitur a

nobis fore probandum. Quod autem Sulfur fixum tardiorem faciat fuſionem, manifeſtatur per hoc, ꝙ ipſum nunquam figitur niſi calcinetur, calcinatum autem nullam dat fuſionē. Ergo in omnibus corporibus illam impedire debet. Quod vero niſi calcinetur non figatur. patet experimento illius, qui illud figit non calcinatum. quoniam ipſum inuenit ſemper fugere, donec in terrã vertatur. cuius ſimilitudo eſt calcis vere. hoc autem minime in Argento viuo contingit. quoniam figi poteſt abſq; hoc, ꝙ in terram vertatur, & figi ſimiliter cum conuerſione ipſius in terram poteſt. Nam per feſtinationem ad eius fixionem quæ per præcipitationem perficitur figitur, & in terram mutatur. Per ſucceſſiuã vero illius iterata vice ſublimationē ſimiliter figitur, & non in terram vertitur, ymo fuſionem dat metallicam. Hoc autem manifeſtum eſt, & illi probatum, qui vtraſq; fixiones illius expertus eſt, vſq; in illius conſumationem feſtinam per præcipitationem, & tardam per ſucceſſiuas ſublima

tiones. Vidit enim & inuenit vt a nobis ſcriptū ſuſcepit. Et illud ideo quoniam viſcoſam & denſam habet ſubſtantiam: cuius ſignum eſt contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus aliis. Sentitur enim in illo manifeſte viſcoſitas illius per multam adhærentiam, denſam autem ſubſtantiam illud habere manifeſte monſtratur per illius aſpectum & ponderationē ſui immenſi ponderis. Auro enim prępōderat cum eſt in natura ſua. Et eſt ſimiliter fortiſſimæ compoſitionis vt narratum eſt. Ex his igitur relinquitur ipſum poſſe figi, ſine ipſius humiditatis conſumptione, & in terram conuerſione: propter enim bonam partium adhærentiam, & fortitudinem ſuæ mixtionis, ſi quo modo partes illius inſpiſſentur per ignem. vlterius non permittit ſe corrumpi, neq; per ingreſſionem fumoſæ flammæ in illud, ſe in fumum vlterius eleuari permittit, quoniam rarefactionem ſui non patitur propter ſui denſitatem, & carentiam aduſtionis: quæ per ſulfureitatem quam non habet per

ſcitur Per hoc ergo inuentum eſt inuentio-
ne veridica duorum ſecretorum genus mira-
bile : vnum ſcilicet triplex cauſa corruptio-
nis uniuſcuiuſq; metallorum per ignem :
quarum una eſt incluſio adurentis Sulfurei-
tatis & illorum ſubſtantia per inflammatio-
nem illa diminuentis & exterminātis in fu-
mum vltima conſumptione quantumcūq; in
illis. Argenti viui veræ fixionis extiterit.
Altera eſt multiplicatio flammæ exterioris
ſuper illa penetrantis: & ſecum in fumum re
ſoluentis cuiuſcunq; fixionis in eis ipſum ſit
Tertia vero eſt rarificatio eorum per calcina
tionem. Tunc enim flamma vel ignis ſine illa
in eis penetrare poteſt & ipſa exterminare.
Si igitur omnes corruptiones eſſe contin-
gant, maxime corpus corrumpi neceſſe eſt
Si vero non omnes, remittitur corruptionis
velocitas vniuſcuiuſq; corporis ſecūdum re-
miſſionem illarum. Secundum genus eſt bo-
nitas, quæ per ipſum conſideratur in corpo-
ribus. Quia igitur Argentum viuum pro-
pter multas cauſas exterminationis, ſe in

partes compoſitionis illius diuidi permittit, quia aut cum tota ſui ſubſtantia ex igne recedit, aut cum tota in illo permanet ſtans. Notatur in eo neceſſario perfectionis cauſa. Laudetur igitur benedictus & glorioſus deus altiſſimus, qui creauit illud: & dedit illi ſubſtantiam, & ſubſtātiæ proprietates, quas non contingit ullam ex rebus in natura poſſidere: vt in illa poſſit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod, quod in illo inuenimus potentia propinqua. Ipſum enim eſt quod ignem ſuperat: & ab eo non ſuperatur ſed admirabiliter in eo quieſcit gaudens eo.

## De Veneris eſſentia. cap. vii.

Redeuntes igitur ad propoſitum dicimus, ꝙ ſi fuerit Sulfur immūdum fixū groſſum ſecundum ſui maiorem partem: ſecundum vero ſui minorem, non fixum liuidū rubeum: ſecundum uero totam non ſuperās neq; ſuperatum, & ceciderit ſuper Argen-

tum viuum groſſum, ex eo æs creari neceſſe eſt. Horum itaq; omnium probationem adducere neceſſe eſt per data ex natura ſua. Nam cum illud ad inflammationem ponitur, flammam ex eo ſulfuream diſcernere poteris quæ Sulfuris non fixi eſt ſignum, & deperditio ſuæ quantitatis per exhaltationem. Sulfur uero fixum in illa ſignificatur per frequẽtem eius combuſtionem. Nam ex ea fit ſuæ fuſionis retardation, & induratio ſuæ ſubſtantię, quæ ſigna ſunt multitudinis ſui fixi Sulfuris. Quod autem illud ſit rubeum immundum adiunctum Argento viuo immundo, ſignificatur per ſenſum, vnde alia probatione non indiget. Experimento itaq; elicias ſecretum. Vides enim omnem rem caloris actione in terram mutatam cũ facilitate ſolui: & ad aquæ naturam redigi. Hoc autẽ contigit propter partium ſubtilationem ab igne. Res igitur magis ſubtilis in natura proprie ad hanc terream naturam reducta magis ſubtiliatur, igitur magis ſoluitur ita & quæ maxime. Ex his igitur patet cauſa cor

ruptionis & infectionis horum duorum: Martis ſcilicet & Veneris, quoniam eſt per Sulfuris multam quantitatem fixi, & non fixi paucæ in Venere minime vero in Marte. Cum igitur Sulfur fixum in fuſione deuenerit per calorem ignis: eiuſq; partium ſubtilationem per illum. quære aptitudinem ſubſtantiæ ſolutionis: cuius ſignum eſt expoſitio horum duorum corporum ad vaporem aceti. Nam per illud floret in ſuperficie ſna Sulfuris eorum aluminoſitas per calorem in illum creata ſabtiliatiuum. Et ſi poſueris hęc duo corpora in liquorem ponticum: ſoluentur de facili per ebulitionem in illum multæ illorum partes. Et ſi reſpexeris in mineris horum duorum, manifeſtam inuenies ex eis ſolutam aluminoſitatis ſubſtantiam ſtillare, & in illis adhærere: quæ aluminoſitas per ponticitatem & facilem ſolutionem in aquam probatur. Non enim ponticum & facile ſolubile reperitur aliud quam alumen & quod ſuæ naturæ eſt. Nigredo vero in vno quoq; horum duorum corporum ad ignem cre-

atur per Sulfur non fixum, quod in illis con cluditur multum quemadmodum in Vene= re parum vero in Marte ad naturam fixi ap= proxmans. ideoq; non de facili talem impreſ ſionem de Marte remouere eſt poſſibile. Iam ergo patuit ex Sulfure non fixo fuſionem ad iuuari, ex fixo vero fuxionem non fieri & fu ſionem impediri, illud ſcit neceſſarium uerũ eſſe qui nullo ingeniorum fuſionis Sulfur potuit conſeruare in fuſione poſt illius fixio nem. Argentum uero viuum fixit per fre= quentem ſublimationis reiterationem ad il- lud, eo bonam fuſionem ſuſcipiente. Ex hoc itaq; manifeſtum eſt corpora eſſe maioris per fectionis: quæ plus Argenti viui ſunt conti nẽtia, & quæ minus ſunt cõtinentia ſunt mi noris perfectiõis. Studeas igitur in omnibus tuis operibus Argentum viuum in cõmixtio ne ſuperare: & ſi per ſolum Argentum viuũ perficere poteris, præcioſiſſimæ perfectionis indagator eris: & eius perfectionis ſupra quã naturæ vincit opus mundare enim pote

ris intime, ad quod natura non peruenit. Pro batio uero huius ꝙ ea quæ magis Argenti viui quantitatis ſunt continentia, maioris ſunt perfectionis eſt .ſ. facillima ſuſceptio Argenti viui. Videmus enim corpus perfectius amicabiliter Argentum viuum ſuſcipere. Ex præcedentibus itaq; ſermonibus relinquitur, duplicem fore in corporibus ſulfureitatem: vnam quidem in profunditate Argenti viui concluſam in principio ſuę commixtionis, alteram vero ſuperuenientem, quarum altera cum labore tolli, alteram vero nullo artificiorum ingenio eſt poſſibile tolli, quod per ignem perficitur: ad quod poſſit noſtra operatio congrue ac vtiliter peruenire: cum iam ſecum ad eandem creationem vnicum factum eſt, & hoc experimento probatur, quoniam ſulfureitatem aduſtibilem videmus per ignem deleri: ſulfureitatem vero fixam minime. Si ergo dixerimus corpora calcinatione mundari, intelligas vtiq; terrea ſubſtantia: quæ non in radice ſuæ naturæ unita eſt, quoniam ynitam munda-

re per ignis ingenium non eſt poſſibile, niſi adueniat Argenti viui medicina, occultans & contemperans illam: aut illam de commixto ſeparans. Separatio aũt terreæ ſubſtantiæ in radice metallo vnitæ de commixto fit. aut per eleuationem cum rebus ſubſtantiam Argenti vuiui eleuantibus, & Sulfur terreum dimittentibus propter conuenientiam cum eis vt eſt Tutia & Machaſita quia fumi ſunt: quorum maior pars Argenti viui eſt quantitas, quam Sulfuris: & huius experientiam uides quoniam ſi forti & ſubita fuſione hæc coniunxeris cum corporibus, ſpiritus ſecum adducent corpora in fuga ſua leuatione, ideoq; cum eis eleuare poteris, aut per Argenti uiui commixtionem: quam narrauimus. Argentum enim viuum tenet quod ſuæ naturæ eſt, alterum vero reſpuit.

## De Iouis eſſentia. cap. viii.

HAc igitur inueſtigatione propoſita, noſtrum propoſitum ſequentes innuimus, ꝙ ſi Sulfur fuerit in radice commixtionis fixione pauca participans album, albedine nõ pura, non ſuperans ſed ſuperatum cum Argento viuo ſecundum partem fixo, albo non pure commixto, ſequetur ex eo Stagnum. Et horum probationem per præparationem inuenies, quoniam ſi Stagnum calcinaueris, ſenties ex illo Sulfuris fetorem: quod ſignum eſt Sulfuris non fixi: & quia flammam non dat, non putes illud fixum. Quoniam non propter fixionem, ſed propter ſuperantiam Argenti viui in commixtione ſaluantis a combuſtione flammam non dat. Probatur itaq; duplex in ſtagno ſulfureitas: & duplex Argenti viui ſubſtantia: vna quidem ſulfureitas, quæ eſt quia cum calcinatur fetet, vt Sulfur, per primam probatur mixtionis experientiam. altera per continuationem ipſius in calce ſua ad ignem quam habet, quia magis fixa non fetet. Probatur vero duplex Argenti viui ſubſtantia

ſn illo. vna quarum eſt fixa, altera vero non fixa. quoniam ante illius calcinationem ſtridet. poſt vero triplicem ipſius calcinationem non ſtridet quod eſt, quia eius Argenti viui fugitiui ſubſtã tia ſtridorem faciens euolauit. Quod vero Argenti viui ſubſtantia ſit in ipſo, probatur per lauationem plumbi cum Argento viuo, quoniã ſi cum Argento viuo Plumbum lauetur, poſt lauacrum eius per illud fuderis igne non ſuperante ſuę fuſionis ignem, remanebit cum eo Argenti viui pars, quæ Plumbo ſtridorem adducet, & illud in Stagnum conuertet. E conuerſo per mutationem Stagni in Plumbum, illud conſiderare potes. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & magis illi ignis cõuenientis ad reductionis adminiſtrationem in Plumbum conuertitur. Maxime vero cum per ſubtractionem ſui ſcorii cũ magno calcinatur igne. Et harum ſubſtantiarum diuerſitatibus certificari poteris per ingenia conſeruationis illarum, cum inſtrumentis propriis, & ignis modo

eas diuidentis: Ad quam nos peruenimus cum inſtantia, & vidimus cum certificatione noſtra nos verum per illud ęſtimaſſe. Quid igitur ſit quod poſt remotionem duorum non fixorum ex Ioue .ſ. Sulfuris & Argenti viui remanſit, te certum reddere nos expedit, vt cõplete cognoſcas ipſius Iouis compoſitionem. Eſt ergo illud liuidum ponderoſum vt Plumbum, maiori tamen albedine Plumbo participans eſt q̃ Plumbum puriſſimum, & eſt in ipſo ęqualitas ſpiſſitudinis duorum componentium, Argẽti viui .ſ. & Sulfuris. non autem ęqualitas quantitatis, quoniam in commixtione vincit Argentum viuum, cuius ſignum eſt facilitas ingreſſionis in illud Argenti viui in natura ſua. Igitur ſi nõ maioris Argenti viui in illo eſſet quantitas, nõ adhæreret illi in natura ſua ſumptum de facili. Ideoq; non adhæret Marti niſi ſubtiliſſimo ingenio: neq; Veneri propter paucitatem Argenti viui in illis in commixtione ſua. Ex hoc ergo patet q; difficillime Marti adhęret, Veneri vero

facilius propter maiorem copiam Argenti viui in ea: cuius ſignum eſt fuſio illius facilis, Martis vero difficillima. Fixio vero harum duarū ſubſtantiarum ad firmam approximat fixionem. nō autem firma eſt perpetua, & huius eſt probatio ipſius corporis calcinatio: & poſt calcinationē ad fortem iguem expoſitio, nam per eum non fiet diuiſio, ſed tota aſcendet ſubſtantia, purificata tamen magis. Videmus igitur ſubſtantiam Sulfuris in Stagno adhærentem facilius ſeparari, q̄ in Plumbo, & huius experimentum vides per facilem Iouis indurationem, calcinationē, & meliorationem ſui fulgoris. Ideoq; conſideramus hęc corrumpentia in radice ſua nō fuiſſe, ſed ei poſt aduenerunt. Et quia in prima mixtione non fuerunt illi multum coniuncta, ideo facile poſſunt ſeparari. Ideo alterationes in eo ſunt velocis operis, mundificatio videlicet, & ipſius induratio, & illius fixio, & harum cauſas per iam a nobis tradita manifeſte cōſiderare potes. Et quia poſt has operationes, calcinationē. ſ.

& reductionem cōſiderauimus in fumo ſuo ele
uato per magnam ignis expreſſionem, & vidi-
mus illum ad citrinitatē pertinere, cum hoc ſit
de proprietate Sulfuris calcinati, ęſtimauimus
ęſtimatione vera in qua ſumus certificati ipm
Sulfuris fixi naturam multum ſecum cōtinere.
Qui ergo voluerit in hac noſtra ſcientia vide-
re inueſtigationem horum omnium ſtudeat cū
ſedulitate operis, donec principia ipſorum cor-
porum & proprietates ſpirituum inueniat inuē
tione certa, non coniecturali, quam tradidimus
in hoc libro ſufficienter ad artis exigentiam.

De Saturni eſſentia. Cap. ix.

REſtat nos igitur de Saturno deſcriptio-
nem ponere, & dicimus ꝙ non diuerſi
ficatur a Ioue per calcinationis reitera-
tionem ad illius naturam reductio, niſi quia im-
mundiorem habet ſubſtantiam a duabus ſub-
ſtantiis commixtam groſſioribus, Sulfure. ſ. &

Argento viuo, & quia Sulfur in illo combures eſt ſuæ q̃ Argenti viui ſubſtantiæ magis adhæſiuum, & quod plus habet de ſubſtantia Sulfuris fixi ad compoſitionem ſuam q̃ Iupiter, & horum probationes per experientias manifeſtas adducemus, ꝙ igitur ipſum ſit maioris partis terræ fetulentæ q̃ Iupiter, manifeſtatur per viſum & per lauacrum eius ab Argento viuo in natura, quia plus per lauacrum emanāt fetulentiæ ab eo q̃ a Ioue, & quia primum gradum calcinationis ſuſcipit facilius q̃ Iupiter, quod eſt ſignum multę terreitatis. Nam corpora pluris terreitatis, facilioris inuenimus calcinationis, & terreitatis paucæ difficilioris calcinationis, quia eſt paucæ terreitatis, ideo paucæ pulueriȥationis, & huius eſt probatio difficillima Solis calcinatio completa. Et quia non rectificatur eius feditas per calcinationis reiteratione ſicut in Ioue, quod eſt ſignum maioris feditatis in principiis eius ex natura ſua q̃ Iouis. Quod vero Sulfuris quantitas combuſtibilis magis ſit Argenti viui

ſubſtantiæ adhęſiuę in eo q̃ in Ioue, ſignificatur per hoc, ꝙ non ſeparatur de eo in fumum quantitas notanda, quin ſit citrini coloris multæ citrinitatis, cuius ſignum ſimiliter eſt quod in fundo inſtrumẽti ex eo remãſit, quod neceſſario vnius trium eſſe ſignum relinquitur, aut nullius quantitatis Sulfuris combuſtibilis in eo, aut pauciſſimæ, aut multum coniunctæ in principiorũ propinquitate ad radicem mixtionis, ſed certificati ſumus per illius odorẽ ipſum alicuius eſſe quantitatis & non paucæ, immo multæ, quia nõ mouetur ab eo ſulfureitas in breui tempore. Ideo conſideramus conſideratione qua certi ſumus, Sulfur comburens illius cum Sulfure non comburente ad naturam Sulfuris fixi approximare in Argenti viui ſubſtãtia vniformiter eſſe commixtum. Ideoq; cum ſcandit fumus eius, neceſſario cum Sulfure non comburente ſcandit, de cuius proprietate eſt citrinitatem creare, ꝙ vero maior quãtitas Sulfuris non adurentis ſit in ipſo q̃ in Ioue, a nobis adductum eſt cum veritate,

per hoc ꝙ videmus totum colorem ipſius in ci‑
trinum mutari. Iouis vero in album in calcina‑
tionibus ſuis. Et ideo in hoc nobis aperta eſt
via cauſæ inueſtigatiōis huius operis, per quod
in calcinatione mutatur Iupiter facilius in du‑
rum q̃ Saturnus. Non autē in tarditatem lique‑
factionis velocius q̃ Saturnus, & illud ideo, quo
niam cauſa duriciei verę, eſt Sulfur fixum & Ar
gentum viuum fixum. Cauſa vero liquefactio‑
nis eſt duplex, Argentum viuum ſcilicet & Sul
fur combuſtibile, quorum alterum quo ad fuſio
nis perfectionē ſufficit in vnoquoq; gradu eius
cum ignitione. ſ. Argenti viui. Quia igitur in
Ioue eſt multa Argenti viui quantitas nō vere
fixi, remanet in illo multum liquefactionis ve‑
locitas, & nō remouetur ab illo faciliter. Cauſa
vero mollificationis eſt duplex, Argentū. ſ. viuū
& Sulfur combuſtibile. Quia igitur remouetur
ſulfureitas comburens ex Ioue facilius, q̃ ex Sa‑
turno, ideo ex eo altera cauſarum mollitiei re‑
mota, neceſſe eſt illud indurari velociter. Satur‑

nus vero quia vtriuſq; mollitiei cauſas fortiter habet coniunctas, non facile induratur. Eſt tamen diuerſitas in mollitie per Argētum viuum & per Sulfur, quoniam mollities per Sulfur eſt ceſſiua. mollities vero per Argentum viuum extenſiua. Et hoc neceſſario probatur per hoc, ꝙ videmus corpora multi Argenti viui, multæ extēſionis eſſe, corpora vero pauci, paucę. Et ideo Iupiter facilius & ſubtilius extenditur q̃ Saturnus, Saturnus facilius q̃ Venus, Venus q̃ Mars. Luna ſubtilius q̃ Iupiter. Sol vero q̃ Luna ſubtilius. Patet igitur ꝙ cum cauſa indurationis ſit Argētum viuum fixum aut Sulfur fixum, cauſa mollitiei erit oppoſita. Cauſa vero fuſionis eſt duplex. ſ. Sulfur non fixum & Argētum viuum cuiuſcunq; generis. Sed Sulfur non fixum neceſſario eſt cauſa fuſionis ſine ignitione, & manifeſte vides huius rei experientiam per proiectionem Arſenici ſuper corpora difficilis fuſionis, facit enim ea facilis fuſionis & ſine ignitione. Cauſa vero fuſionis facilis eſt & ſimiliter

SAturni eſſentiæ præparatio multiplex adhi betur, & Iouis ſimiliter, per ipſorum multi plicis perfectionis approximationis, aut elõgationis ab ea gradum. Cum ſit igitur aliud ex corrumpentibus ſuo profundo adueniens ex ſuæ naturæ radice innata ſulfureitate.ſ.terreitas atq; Argenti viui impuritas, terræ illorum crea/tionis principiis, eſſentiali natura commixta. Aliud vero ſuperueniens poſt primam illorũ mixtionem, corruptionem adducit. & ſunt res primi generis ſulfureitas ſcilicet comburens, & illius impuritas, & Argenti viui ſubſtãtia feda, quæ omnia ſunt Saturni & Iouis, perfectionis ſubſtantiam corrumpentia. Sed horum quidem alterum impoſſibile eſt remoueri per medicinã primi ordinis alicuius induſtriæ. Alterum vero paruo adminiculo remoueri contingit. hoc qui dem remouendum eſſe impoſſibile aduenit, propter hoc φ in principiis naturæ propriæ hu ius generis corporum in veram eſſentiam com mixta fuerũt, & vera eſſentia facta ſunt. Ideoq;

cum non ſit poſſibile, veram rei cuiuſcunq; in natura remouere eſſentiam re permanente, nõ fuit ab eis poſſibile, hæc corrumpentia delere. Quamobrem igitur putauerunt quidam philoſophorum, per hoc ad artem non poſſe perueniri. Sed & nos quidem noſtro tempore hanc inquirentes ſcientiam, peruenimus ad hoc idẽ, ꝙ & ſimiliter nullo ingeniorum præparationis modo, potuimus corpora illuſtrare cum complemento ſui fulgoris lucidi, quin contingeret illa ex toto infici, & denigrari penitus, propter hoc igitur & nos ſimiliter in ſtuporem adducti, multi temporis ſpatio ſub deſperationis vmbraculo delituimus. Redeuntes igitur in noſipſos, noſmet torquentes immenſæ cogitationũ meditationis afflictionibus, reſpeximus a perfectione corpora diminuta, in profundo ſuæ naturæ feda exiſtere, & nihil in eis fulgidum inueniri. cum in eis ſecundum naturam non ſit. Nõ enim inuenitur in re, quod in illa non eſt. Cum igitur nihil perfecti in illis inueniatur, neceſſa-

tio & in eiſdem nihil ſuperfluum inueniri relin quitur, in diuerſarum ſubſtantiarum ſeparatione in illis, in profundo ſuæ naturæ. Ideoq; per hoc inuenimus aliquid diminutũ in illis fuiſſe, quod compleri neceſſario accidit per medicinã ſibi conuenientem, & diminutum complẽtem. Eſt igitur diminutum in illis. ſ. paucitas Argenti viui, & non recta inſpiſſatio eiuſdem. Igitur complementum eſt in illis Argenti viui multiplicatio, & inſpiſſatio bona, & fixio permanens. Hoc autem per medicinam ex illo creatam perficitur. hęc enim cum ex Argento viuo ſit in eſſe deducta, per illius beneficium luciditatis, ſplendoris illorum fuſcedinem palliando celat & tegit, & in ſplendorem adducit, & in fulgorem cõuertit. Cum enim Argentum viuum in medicina præparatum, per noſtrum artificium ſit mundatum, & in ſubſtantiam puriſſimam & fulgidiſſimam redactum, proiectum ſuper diminuta corpora a perfectione illuſtrabit, & ſua fixione perficiet. Hanc vero medicinam in ſua nar-

rabimus oratione. Relinquitur itaq; ex præia-centibus, neceſſario duplicem fore perfectionis inuentionem neceſſariam. Aut vnam quidem per medicinam quæ de commixto ſubſtantiam fedam ſeparat. Aut alteram per medicinaȝ, quę illam ſui fulgoris ſplendore palliando tegat, & illuſtrando decoret. Cum nihil ergo ſuperfluũ, ſed potius diminutum in profundo corporum reperiri contingat. igitur ſi quod ſuperfluum remoueri expedit, neceſſe eſt illud ex manifeſto ſuę naturę ſuperueniens, & tolli & moueri cum diuerſis præparationibus, quas in hac oratione nos expedit enarrare. Primum quidem in eadē oratione Iouis & Saturni. Vltimo vero & aliorum ſecundum ordinem.

## De pręparatione Saturni in ſpecie. Cap. xiii.

PRæparantur igitur Saturnus, & Iupiter præparationibus multiplicibus, ſecũdum maioris perfectioni approximationis ne-

ceſſitatem, communi.ſ.& ſpeciali præparationis modo. Communis quidem eſt per gradus approximationis ad perfectionem multiplices. Eſt enim vnus gradus approximationis.ſ.Sulfur ex ſubſtãtia munda. Alter vero durities cum ſuæ fuſionis ignitione. Tertius vero fixio per remotionem fugitiuæ ſubſtantiæ. Mundificantur igitur & fulgida fiunt tripliciter: aut per res mũdificantes, aut per calcinationis modum & reductionis, aut per ſolutionem. Per res igitur depurantes mundantur dupliciter, aut in calcem redacta, aut in natura corporum. In calcem vero redacta, purificantur in hunc modum, Aut per ſales, & alumina, aut per vitrum. Et eſt vt cum corpus.ſ.Iupiter & Saturnus calcinatum extiterit, tunc infundatur ſuper eorum calcem, aluminum aut ſalium aqua, aut commiſceatur in ea vitrum tritum & reducatur in corpus. Hoc igitur totiens ſuper hæc corpora alternata vice reiteretur. quouſq; munda complete ſe oſtendant. Nam cum ſales & alumina & vitrum fundãtur

ſuſione alia q̃ corpora . ideo ab illis ſeparantur, & ſecum terream ſubſtantiam ducunt , relicto ſolo corpore purificato . In natura vero corporum ſimiliter & per eundẽ depurãtur modum, Et eſt vt limẽtur ſubtiliſſime hæc duo corpora. poſt hoc vero cum eiſdem adminiſtrentur aluminibus ſalibus & vitro videlicet , & poſtea in corpus reducantur . Et ſic alternata vice reiteretur, quouſq; mundiora appareant. Mundificantur & per Argẽti viui lauacrum , modum cuius attulimus . Mundificantur vero ſimiliter & hæc vtriuſq; generis corpora , per reiterationis vicẽ calcinationis ad illa , & reductionis ſimiliter cũ ſufficientia ſui ignis , quouſq; mundiora appareant. Per hanc enim mundantur a perfectione hæc diminuta corpora, duplici corrumpẽte ſubſtantia . Hac quidem inflammabili & fugitiua, illa vero fetulenta terrea. Et illud ideo, quoniam ignis omnem fugitiuam ſubſtantiam eleuat & conſumit. Et idem ignis ſimiliter in reductionis modo , omnem ſubſtantiam terræ diuidit cum

proportione ſua. Et hanc proportionem in alio noſtro volumine, quod de perfectionis inueſtigatione in titulatur conſcripſimus, quod ſecundum ordinem hunc p̄cedit librum. In illo enim quæcunq; inueſtigauimus, ſecundum noſtræ mentis rationem ſcripſimus. Hic vero quæ vidimus & tetigimus, complete ſecundum ſcientiæ ordinem terminauimus. Mundificantur & hæc vtiq; per ſolutionem ſuæ ſubſtantiæ, cuius modum iam diximus: Et per reductionem ſimiliter eius, quod ex eis diſſolutum extiterit. Inuenitur enim illud mundius, & perfectius q̄ alio quoq̄ præparationis genere hoc eodem præparationis modo. Et huic modo non comparatur modus, niſi qui per ſublimationē perficitur, & ideo huic ęquipollet. Eſt & ſimiliter p̄paratio in illis induratio ſuæ mollis ſubſtantiæ cum ignitione ſuæ fuſionis, & eſt vt ingeniemur in illis permiſcere Argenti viui ſubſtantiam fixam in profundo illorum, aut Sulfuris fixi, aut ſui comparis, aut ex rebus duris, & ñ fuſilibus, ſicut Talc Mar

chaſita & Tutia. Hęc etenim cum illis vniuntur & admiſcentur, & illa indurant, quouſq; nõ fundantur antequam igniantur. Et per medicinam perficientem hoc idem completur ſimiliter, cuius narrationem ponemus. Et eſt ſimiliter alter præparationis modus ſcilicet per remotionem ſuæ fugitiuæ ſubſtantiæ, & hic quidem perficitur per conſeruationem, poſt primum calcinationis gradum illorum in igne illis proportionali. Et quia ordo in modum pręparationis contingit neceſſario: ideo ponamus ordinem completum ex illis. Primo igitur mundetur ex eis omnis ſubſtantia fugitiua, & aduſtiua corrumpens. De hinc vero terrea ſuperfluitas deleatur. poſt ſoluatur & reducatur, Aut per lauacrũ Argenti viui lauetur complete, & hic ordo vtilis & neceſſarius eſt.

### De præparatione Iouis in ſpecie. Cap. xiiii.

SPecialis tamen horum corporum præparatio, primum quidem Iouis eſt multiplex: Vna quidem per ceratione͞, & per hanc induratur eius ſubſtantia magis, quod Saturno non euenit. Et per alumina ſimiliter. hęc enim proprie Iouem indurant. Altera vero per conſeruationem eius in igne ſuæ calcinationis. Per hanc enim ſtridorem amittit, & corporum ſimiliter fractionem, quod Saturno ſimiliter nō contingit, quia ſtridorem non habet, nec corpora frangit. Et per calcinationis reiterationes ſimiliter ab acuitate ſalis ſtridorem amittit. Saturni vero ſecundario eſt præparatio ſpecialis. ſ. per calcinationem a ſalis acuitate. per hanc enim induratur, & per Talc ſpecialiter dealbatur & induratur & per Marchaſitam & Tutiam. Modos vero omnis præparationis determinauimus cō pletius in libro, qui de perfectionis inuentione intitulatur, quoniā in hoc abbreuiauimus ſummas illorum.

## De præparatione Veneris. Cap.xv.

IMitantes igitur præmiſſorum ordinem, du rorum corporum præparationē narremus. Primo quidem Veneris. deinde vero Martis. Eſt igitur Veneris multiplex præparationis modus. Alius per eleuationem. alius ſine eleuatione perficitur. Per eleuationem vero eſt modus vt accipiatur Tutia cum qua Venus magis conuenit, & ſecum per ingenia vniatur. deinde vero in ſuo ſublimationis vaſe ponatur ad ſublimandum, & per excellentiſſimum gradum ignis, eius eleuetur pars ſubtilior, quæ fulgidiſſimi ſplendoris inuenta eſt. Vel cum Sulfure miſceatur per minima, & poſtea eleuetur per modum ſuæ eleuationis iam dictum, Sine ſublimatione vero præparatur, aut per res mundificationem facientes, aut in calce ſua, Aut in corpus velut tutiam ſales & alumina, aut per Argenti viui lauacrum, cuius modū attulimus. Aut per calcinationes & reductiones, vt in aliis narratū

eſt. Aut per ſolutiones & reductiones eius, quod ſolutum eſt, ad naturam corporis. Aut per Argentum viuum mundificatur, ſicut corpora reliqua a perfectione diminuta.

## De præparatione Martis. Cap. xvi.

MArtis vero præparatio eſt ſimiliter multiplex. Quædam enim per ſublimationem, quædam vero ſine ſublimatione completur. Quæ vero per ſublimationem fit, cum Arſenico fit cuius modus hic eſt. Ingeniemur q̃ profundius poſſumus eidẽ Arſenicum non fixum vnire, vt cum fuſione ſecũ liqueſcat. Poſt vero ſublimetur in vaſe propriæ ſublimationis, & hæc præparatio melior & perfectior inter cæteras reperitur. Eſt & alia præparatio ipſius Martis per Arſenicum ſublimatum ab eo multotiens, quouſq; ſecum maneat quantitas aliqua ipſius Arſenici. Hoc enim ſi reductum fuerit, emanabit album fuſibile mundum præ-

paratum. Eſt & ſimiliter tertius modus præpara tionis eiuſdem per fuſionem illius cum Plumbo & Tutia. Ab his enim fluit mundum & album.

## De mollificatione durorum corporum, & de induratione mollium. Cap. xvii.

SEd ne inſufficientes videamur, cum nos determinaturos promiſerimus de durorũ corporum ingenioſa mollificatione, atq; mollium induratione per calcinationis modũ, ideo illum non obmittamus. ſed mollium quidem prius durorum vero poſt. Et eſt. ſ. vt ſoluatur Argentum viuum præcipitatum, & ſoluatur corpus calcinatum, de cuius intentione ſit indurari. & hæ ambæ ſolutiones miſceantur, & ex his alternata vice calcinatum corpus miſceatur, terendo, imbibendo, calcinando, & reducendo, quouſq; durum fiat cum ignitione fuſibile non ſolũ cum Mercurio, ſed hoc idem & cum Talc &

Tutia & Marchaſita calcinatis ſolutis & imbibi tis perfici complete contingit, & quanto quidē hæc mundiora, tanto & perfectius mutant. Mol lificantur & ſimiliter dura corpora ingenio con ſimili. Et eſt vt cum Arſenico totiens cōiungan tur & ſublimentur, & poſt Arſenici ſublimatio nem aſſentur cum proportione ſui ignis, cuius modum narrauimus in libro fornacum, & vlti- mo reducantur cum expreſſione ſui ignis in or dine ſuo dicti, quouſq; in fuſione molleſcant, ſe cundum exigētiam duritiei corporis. Et hę qui- dem alterationes omnes ſunt primi ordinis, ſine quibus non perficitur magiſterium.

## De Mercurii lauacro. Cap. xviii.

IGitur ex præmiſſis neceſſe eſt Argēti viui mundationem complete narrare. Dicimus igitur quoniam Argentum viuum munda tur dupliciter. Aut per ſublimationem, cuius at- tulimus modum. Aut per lauacrum, cuius mo-

dus hic eſt. Fundatur Argentum viuum in pa-
tella vitrea vel lapidea, & ſuper ipſum aceti quã
titas aſpergatur, quæ ſufficiat ad illud cooperien
dum. Deinde ſuper lentum ignem ponatur, &
calefieri permittatur, in tantum, vt digitis ſe tra-
ctari permittat. Deinde digitis agitetur quouſq;
in partes minutiſſimas in pulueris ſimilitudinẽ
diuidatur, & tam diu agitetur quouſq; acetum
totum quod in illo infuſum eſt ſit conſumptũ.
Deinde vero quod in eo terreitatis inuentũ eſt,
lauetur cum aceto & abiiciatur, & totiens ſuper
illud opus reiteretur, quouſq; terreitas illius in
cęleſtinum mutetur colorem perfectiſſimum,
quod perfectę lauationis eſt ſignum. Ab his igi
tur ad medicinas eſt tranſeundum.

## Libri quarti Summæ Geberis philoſophi perſpicaciſſimi, De medicinis ſermone vniuerſali, & de quinq; differentiis perfectionis earum

### Prohæmiũ.

TFferamus igitur imprimis ſermonem vniuerſalem in medicinis cũ cauſis ſuis & experientiis manifeſtis. Innuimus igitur ꝙ niſi quidẽ omne ſuperfluum, ſiue per medicinam, ſiue per præparationis modum auferatur ab imperfectis, non perficietur. ſ. vt ab illis tollatur omnis ſuperflua ſulfureitas, omniſq; terreitas immunda ita. ſ. ꝙ de commixto ſeparetur in fuſione poſt proiectionem medicinæ alterantis illa. Et cum hoc quidẽ inueneris, iam ex perfectionis differẽtiis vnam habes. Similiter itaq; & niſi medicina illuſtret & alteret in colorem album, aut in citrinum, ſecundum intentionem quam quæris, q̃ fulgoris ſplendore, amęnitatis

luciditatem adducat,non perficiuntur corpora a perfectione diminuta in complemēto totaliter. Amplius autem, & niſi fuſionem Lunarem aut Solarem determinatam adducat,nō eſt in complemento alterabile, quoniam in iudiciis non quieſcit,ſed de commixto ſeparatur omnino & recedit. Hoc autem latius determinatum a nobis demonſtratur in capitulo de cineritio. Amplius autem,& niſi perpetuetur medicina cum impreſſionis alteratione firma, non valet ipſius immutatio· quia nō permanet ſed euaneſcit impreſſio. Amplius etiam,& niſi pōdera perfectionis adducantur, non mutat ſub complemento naturæ firmo & vero,cui non ſit fraus per credulitatis errorem. Eſt enim pondus naturæ vnum ex perfectionis ſignis. Patet igitur ꝙ cum perfectionis differentiæ quinq; ſint,neceſſe eſt & medicinam noſtri magiſterii has quinq; adducere in perfectione differentias. Per hoc igitur patet ex quibus medicina noſtra elicitur. Nam per ea elicitur,quæ maxime corporibus adiunguntur,

rum,ſuper furnum cementi poſitum, & zimar & ſimilium. Hic enim mutat in mutatione non ſtante, ſed potius diminuente ſe per exhalationem. Secundi vero ordinis medicinam dicimus omnem præparationem, quæ quando ſuper diminuta a perfectione corpora proiecta eſt, alterat in differentiam aliquam complementi, relictis modis differentiarum aliquibus corruptionis omnino, velut eſt calcinatio corporum, qua omne fugitiuum deletur. Et eſt huius generis medicina perpetue Lunam citrinans, aut etiam perpetue Venerem dealbans, relictis aliis in eis corruptionis differentiis. Tertii autem ordinis medicinam appello omnem præparationem, quæ quando corporibus aduenit, omnem corruptionem cum proiectione ſua tollit, & cum omnis complementi differentia perficit. Hæc autem eſt vnica ſola, & ideo per illam excuſamur a laboribus inuentionis decem medicinarum. Primi igitur ordinis opus minus appellatur. Secundi medium. Tertii vero maius.

Et hęc eſt omnium medicinarum differentia ſufficiens.

## De differentia omnium medicinarum. Cap.iii.

EX ordinis igitur determinati promiſſione ſecuta. Cum quidem alia ſit medicina corporum, alia vero Argenti viui. Et corporum quidem, alia primi ordinis. alia ſecundi. alia vero tertii, & Argenti viui ſimiliter. Narremus igitur omnium medicinarum differentias primi ordinis, deinde ſecundi, deinde vero tertii. Corporum quidem primo. Poſtea in Argenti viui medicina, cum ſermone completo, & ordine congruo narrationem tradamus. Dicimus igitur quoniam primi ordinis medicina corporum, alia eſt durorum. alia vero mollium. Durorum quoq; alia Veneris, alia Martis, alia vero Lunæ. Veneris quidem & Martis, pura eſt illorum ſubſtantiæ dealbatio. Lunæ vero, rubifica-

tio cum citrinitate fulgoris amęni. Quoniam Veneri & Marti rubificatio non aduenit, cum primi ordinis medicina, cum fulgoris apparitione, quoniam ex toto immunda ſunt, non apta rubedinis fulgorem recipere, priuſquam eis adueniat præparatio fulgorem adducens. Narremus igitur in primis Veneris medicinas omnes, poſtea vero Martis, quæ cadunt in ordine primo.

## De medicinis Veneris in primo ordine. Cap. iiii.

EST igitur medicina Venerem dealbans. alia per Argentum viuum, alia per Arſenicum. Per Argentum viuum quippe ſic completur medicina dealbans illam. Soluitur enim primo Argentum viuum præcipitatum & ſoluitur ſimiliter Veneris calcinatio, & hæ ambæ ſolutiones commiſcentur in vnum. deinde vero coagulantur, & ſuper ipſius Veneris

corpus proiiciatur eorum medicina. Hęc enim dealbat & mundat, non adducit tamen complementum, quin contingat alteratum mutari & corrumpi. Amplius autem & aliter ſoluitur pręcipitatum Argẽtum viuum, & ſoluitur Litargirium, & hæ ambæ ſolutiones coniunguntur in vnum, & ſoluitur Veneris corporis calcinatio, de cuius intentione ſit dealbari, & coniungitur cum prædictis ſolutionibus, & coagulantur, deinde vero ſuper illius corpus proiiciuntur. dealbatur enim per hoc. Aliter autem ſublimatur alternata vice ex illius corpore Argenti viui quãtitas, quouſq; cum illo permaneat Argenti viui pars, cum ignitione completa, dehinc vero cũ aceto diſtillato ſępius imbibendo teratur, vt in profundo illius melius commiſceatur, Ab hinc vero aſſetur, & ultimo conſimiliter ab eo Argẽtum viuum ſublimetur, & iterato imbibatur & aſſetur. Et ſic totiens reiteretur opus ſuper illa, quouſq; multa Argenti viui quãtitas in ea cum ignitione completa quieſcat. Hæc enim primi

& amicabiliter eiſdem in profundo adhærent alterantia. Ideoq; cum in rebus cæteris exquirentes non inuenerimus inuentione noſtra rem aliam magis q̃ Argẽtum viuum corporum naturis amicari in natura ſua. vnde eis miſcetur, & poſtea figitur cum igne lento. per hoc opus noſtrum in illo impendẽtes, reperimus ipſum eſſe veram alterationum medicinam in complemento, cum alteratione vera & nõ modice peculioſa.

## De præparatione ſubſtantię Argentį viui in proiectione medicinæ. Cap. i.

REſtat igitur nos ſubſtantiam ipſius tantum, & proprietates ſubſtantiæ, & differentias determinate deſcribere. Et cum non inuenerimus ipſum ſine alterationis naturæ illius adminiſtratione mutare, inuenimus & ſimiliter ipſum præparari debere neceſſario, cum nõ permiſceatur in profundo, abſq;

illius præparationis modo. Et eſt.ſ.vt talis fiat illius ſubſtantia, ꝙ permiſceatur in profundo vſq; ad occultum corporis alterabilis ſine ſeparatione in eternum. Hoc autem non fit niſi ſubtilietur valde cum præparatione determinata & certa, in capitulo ſublimationis. Et nõ remanet eius impreſſio ſimiliter, niſi figatur. nec illuſtrat, niſi fulgidiſſima ex illo eliciatur ſubſtantia, cum ſui modi ingenio, & modo ſuæ operationis per ignem congruum. Et non pręſtat fuſionem perfectam, niſi in illius fuſione adhibeatur cautela cum habeat dura remollire, & mollia indurare. Eſt tamẽ talis, vt cum ſufficientia ſeruet ſuę humiditatis proportionatæ modum, ſecũdum exigentiam eius quæ quæritur fuſionis. Per hoc ergo patet ꝙ ipſius talis adminiſtretur præparatio, qua fulgidiſſima & mundiſſima ſubſtantia ex illo creetur, deinde figatur, & cautela eidem exhibeatur, vt.ſ. exercitetur artifex in adminiſtratione ignis, in modo ſuæ fuſionis, ꝙ poſſit ex illo delere humiditatis ſubſtantiã in tantum

ꝙ ſufficiat ad fuſionem perfectam complendã. Et eſt.ſ.vt ſi quæris per hanc corpora fuſionis mollificare, in principio ſuæ creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis eſt cõſeruatiuus, & fuſionis perfectiuus. Si vero mollia indurare quæris, ipſius cõponatur ignis ſcilicet vehemens, talis enim eſt humiditatis cõ ſumptiuus, & fuſionis turbatiuus. Et has quidẽ regulas omnes in omni medicina, bonę mentis artificem, neceſſario conſiderare expedit, & multas alias. Similiter in ponderis mutatione conſiderationes adducere neceſſarium eſt cum cauſis ſuis, & ordine congruo. Eſt igitur cauſa ponderis magni ſubtilitas ſubſtantię corporum, & vniformitas in eſſentia. Per hoc enim illorum poſſunt denſari partes, cum nihil intercidat, & partium denſatio, ponderis eſt adductio, & illius perfectio. Patet igitur ꝙ tam corporum adminiſtrationis præparatione, q̃ ipſius perficientis medicinæ modo, per operis artificia ſubtilitatem perquirere neceſſe contingit. Quoniam quãto

maioris ponderis ſunt corpora tranſmutata, tanto & maioris ſunt perfectionis, inuenta inueſtigatione per artem. Completur igitur ſermo vtilis de medicinis, Sed omnium medicinarum differentias nunc narremus.

## De triplici ordine medicinarum. Cap. ii.

INnuimus quidem medicinarum triplicem differētiam neceſſario accidere. Alia enim eſt primi ordinis. alia ſecundi. alia tertii. Dico autem primi ordinis medicinam, omnem præparationem mineralium, quæ ſuper diminuta a perfectione corpora proiecta, alterationem imprimit, quæ non adducit complementum ſufficiens, quin contingat alteratum mutari & corrumpi, cum euaporatione impreſſionis medicinæ illius totali. ſicut eſt omnis ſublimatio de albatiua Veneris, aut Martis, quæ fixionem nō ſuſcipit. Et huiuſmodi eſt omne additamentum coloris Solis & Lunæ, aut Veneris commixto-

ordinis bona eſt dealbatio. Aliter autem, ſuper Argentum viuum præcipitatum, totiens ſublimetur Argẽtum viuum in natura propria, quouſq; in illo figatur & fuſionem præſtet. Dehinc vero ſuper Veneris ſubſtantiam proiiciatur, dealbat enim peculioſe. Aliter vero ſoluitur Luna, & ſoluitur Litargirium, & coniunguntur ſolutiones. Et ex his Veneris ſubſtantia dealbatur. Sed & melius quidem dealbatur, ſi in omnibus medicinis perpetuetur Argentum viuum. Dealbatur vero, & per Arſenicum ſublimatum, vt ſi accipiatur calcinatio Veneris, & ſuper illam iteretur eiuſdem ſublimatio, quouſq; ſecum maneat, & illam dealbet. Sed niſi ingeniaueris teipſum cum modis ſublimationum, non perſeuerabit in ea Arſenicum cum alteratione aliqua. Et eſt vt poſt primum ſublimationis gradum ſecundario ſecundam reiteres quã narrauimus in Marchaſitæ ſublimatione. Dealbatur vero & aliter, vt ſublimatum Arſenicum in Lunam proiicias, dehinc vero hoc totum ſuper Vene-

rem, dealbat enim peculioſe. Aut commiſce prius Litargirium, aut Plumbum uſtum ſolutum cum Luna, deinde vero ſuper hoc Arſenicum ſuperiectum, & hoc totum ſuper Venerē proiectū dealbat, & eſt primi ordinis bona dealbatio. Aut ſolum ſuper Litargirium ſolutum, & reductum proiiciatur Arſenicum ſublimatum, & hoc totum ſuper Veneris fuſionem, quoniã dealbat eam cum claritatis aſpectu. Aut commiſceantur Luna & Venus, & ſuper has proiiciatur omnis medicina dealbatiua. Luna enim magis amica eſt Arſenici q̃ corpus aliquod, & ideo fractionem ab eo tollit, ſecundario vero Saturnus, & ideo cum illis commiſcetur. Aliter autem Arſenicum ſcindimus ſublimatum, quouſq; fiant fruſta. deinde vero fruſtum poſt fruſtum ſuper Venerem proiicimus. Iubemus et enim in fruſtis potius q̃ in puluere proiici, quoniam facilius inflammatur puluis q̃ fruſtum, & ideo facilius euaneſcit q̃ fruſtum, & cõſumitur priuſquam ſuper corpus cadat ignitum. Tolli-

tur autem & eadem rubedo aliter cum Tutia vi delicet & dealbatur. Sed quia Tutiæ dealbatio non ſufficit, ideo ſolum citrinat. Citrinatio autē quælibet albedini eſt affinis. Et eſt modus hu- ius.ſ.vt ſoluatur & calcinetur omne genus Tu- tiæ, deinde Venus, & hæ ambæ coniungantur ſolutiones, & cum his citrinatur Veneris ſub- ſtantia, & cum Tutia ſi exercueris proficuum in uenies. Dealbatur vero, & per ſublimatam Mar chaſitam quemadmodum cum ſublimato Ar- gento viuo, & eſt modus vnus & idem.

## De medicinis Martis in primo or- dine. Cap. v.

REſtat ergo dealbationes Martis ex me dicinis ſibi propriis creatas narrare, quæ ſunt ſecundum eſſentiam primi ordinis. Sed quoniam fuſionem non habet re- ctam. ideo expedit nos cum medicina fundente illum dealbare. Eſt igitur omnis medicina Ve-

neris dealbatiua, & Martis ſimiliter cum eiuſdē ordinis præparatione, ſed fuſiua illius ſpecialis eſt Arſenicum cuiuſcūq; generis, & fuſiua illius ſimiliter eſt Plumbum & Litargirium ſolutum. Cum quocunq; igitur iſtorum dealbatur & funditur. Expedit vt cum Argento viuo coniungatur & lauetur, quouſq; omnis impuritas tollatur ab illo, & fiat album & fuſibile. Aut calefiat cū ignitionis vehementia, & ſuper ipſum eiiciatur Arſenicum, & cū fuſum videris illum, proiice ſupra ipſum Lunæ quantitatem, quoniam quādo ſecum vnitur, non ſeparatur ab eo per leue artificium. Aut calcinetur & lauetur omnis ex ipſo ſolubilis aluminoſitas, corruptionis infectionem adducens, per modum ſolutionis iam dictum. Dehinc vero ab illo ſublimetur Arſenicum mundatum per ſublimationem aliquam, & reiteretur multotiens, quouſq; ſecum aliquid ex illo figatur. Deinde vero cum ſolutione Litargiri alternata vice imbibatur commiſcendo & agitando, & aſſando mutua vice, & vltimo redu

cendo cum igne, quem docuimus in Iouis reductione a calce ſua. Ex hac enim exibit albus & mundus fuſibilis, Aut ſolum cum Arſenico ab illo ſublimato in calce ſua reducaẽ, & exibit albus & mundus fuſibilis. Sed eundem artificẽ expedit adhibere cautelam, quemadmodum & in Veneris reiteratione ſublimationis ab ea Arſenici figentis ſe in illius profundo docuimus. Dealbatur vero ſimiliter per Marchaſitam, & Tutiam cum ingenio & induſtria, quæ tibi narrauimus. ſed horum dealbatio, & illorum non eſt ſufficiens.

## De medicinis Lunæ in primo ordine. Cap. vi.

PRoſequẽtes igitur promiſſorum ordinẽ Lunæ medicinam ſubſtantiam citrinantem in ordine primi generis narremus cum ueritate certa. Et eſt ſcilicet medicina citrina, quæ eidem in profundo adhæret, & adhærẽ

do colorat ,ſiue per naturam propriam,ſiue per artificiũ huius magiſterii.Narremus igitur medicinam, quæ ex ſua radice illi innata ſibi adhęret.deinde uero artificia , per quæ facimus rem cuiuſq; generis adhærere cum ingreſſione firma. Elicimus autem illam ,aut ex Sulfure , aut ex Argento viuo,aut ex amborum commixtione.Sed per Sulfur diminute quidem magis,per Argentum viuum uero perfectius.Elicitur autem & ſimiliter per quaſdam res minerales,quę non ſunt huius generis.quemadmodum eſt Vitriolum &Cuperoſa,quod & gumma cupri aut eiuſdem ſtillicidium nuncupatur . Afferamus igitur in primis modos omnes medicinarũ quę ex Argento viuo conſurgunt.Inde uero conuenienter quæ ex Sulfure aut ex amborum commixtione. Vltimo quæ ex gumma cupri,aut ſimilium.Eſt igitur modus eius,quæ per Argentum viuum perficitur talis .Sumatur præcipitatum & per precipitationem eius mortificatum, & fixum . deinde vero ponatur in furnum ma-

gnæ ignitionis, ad modum conſeruationis cal-
cium, quem docuimus, donec rubeſcat in ſimili
tudinem Vſifur. Si vero non rubuerit, tolle Ar-
genti viui non mortificati partem, & cum Sulfu
re reitera ſublimationem illius. Sit tamen Sul-
fur omni impuritate mundatum, & Argentum
viuum ſimiliter. Et poſtquam vigeſies illius ſub
limationem reiteraueris ſuper ipſum præcipita
tum. illud diſſolue cũ aquarum acumine diſſol-
uente, & iterato illud calcina, & iterato diſſolue,
donec exuberanter ſufficiat, poſt hoc Lunæ par
tem diſſolue, & cum ſoluta fuerit ſolutiones cõ-
miſce, & coagula eas, & ſuper Lunæ fuſionem
proiice, citrinabit enim citrinitate peculioſa
valde. Si vero Argentum viuum in præcipita-
tione rubuerit ad perfectionem ſuæ proiectio-
nis, ſufficit adminiſtratio dicta, ſine commixtio
ne rei tingentis illud. Per Sulfur vero rubifica-
tur, ſed illius eſt rubificatio difficilis & laborioſa
immenſe. Ad hoc autem nos inducit operis ne
ceſſitas, vt prius calcinemus illud, & poſt figa-

imus, quod laboris eſt copia. Deinde vero hac eadem præparatione adminiſtremus, & eandē proiectionem ſuper Lunæ ſubſtantiam infundamus, & tamen non reſultat eius citrinatio fulgens, ymo fuſca, & liuens terreitate mortifera. Citrinatur vero & Luna ſimiliter cum Martis ſolutione. Eius vero quæ per Vitriolum aut Cuperoſam perficitur. citrinationis modus eſt talis. Tollatur illorum vniuſcuiuſq; quantitas certa, & illius ſublimetur pars, quæ ſublimari patitur, donec cum expreſſione ſublimetur totali, poſt hoc vero iterato quod ſublimatum eſt, ſublimetur cum modo ignis illi appropriati, vt ex eo figatur quiddam poſt quiddā, donec maior illius figatur pars, poſt adminiſtretur cum ignis cautelæ intentione, vt poſſit illi maior ignis ad perfectionem adminiſtrari. Poſt hoc ſoluatur in aquam rubicundiſſimam cui non eſt par. Dehinc vero ingenieris, vt illi ingreſſum in Lunare corpus exhibeas, & hęc ingenia tibi ſufficienter mōſtrata ſunt. ſi perfecti fueris operis exqui

ſitor, quod ſcripſimus. Et quia res huius videmus Lunæ profundo amicabiliter adhærere, ideo conſiderauimus, & eſt certum, has eſſe de illorum radice, & ideo per illas alterari contingit. Hæ vtiq; ſunt medicinæ omnes primi ordinis, quas attulimus, poſſunt tamen illarum plures multiplicari modi, ſalua pigmentalium rerum in modorum varietate eſſentia. Quidam vero plures adinuenerũt medicinas, ſed vnum ex duobus neceſſario euenire cõtingit, quia aut ex eiſdem, aut eandem naturam habentibus illos medicinam creare neceſſarium eſt. Aut medicinam componunt, quæ ei quod non eſt æquipollet, cum alteratione ſua, & quæ nec mundo confert, nec mundi partibus, donec motor in ſublimi naturæ mobili quieuerit incorruptum.

De medicinis ſecundi ordinis. Cap.vii.

REſtat igitur ad ſecundi ordinis medicinas tranſire, cum ſermonis ſui exigentiæ ſufficientia vera, & manifeſtis probationibus cum experiẽtia vera. Cum ſit igitur medicina alia corporum mutãdorum, alia vero Argenti viui ſcilicet perfectio coagulationis. prius tamẽ omnium medicinas corporum narremus complete. Dehinc vero ad ipſius Argẽti viui medicinas coagulabiles in Solificum vel Lunificum verum. Eſt igitur ſecũdi ordinis medicina, quæ imperfecta ſola perfectionis vnita differentia complet. Verum cum multę ſint corruptionis cauſæ in vnoquoq; imperfectorum corporum, vt in Saturno quidem ſulfureitas volatiua, & Argenti viui fuga, per quæ corruptionem adduci neceſſario accidit, & illius terreitas. Fiat ergo medicina, quæ alterum eorum, aut ex toto tollat, aut palliando decoret, relictis ſolis aliis imperfectionis cauſis. Quia igitur corporum aliquid eſt impermutabile, quod in corporum radice innatum eſt, per ſecundi ordinis me

dicinam tolli non poteſt. ideo omnis illa medi-
cina quæ illud de commixto tollit. non ſecundi
ordinis, ſed tertii, & maioris ordinis appellatur
medicina. Et quia ſuperfluitas fugientium inue
nitur per calcinationis & reductionis modum
tolli, terreitas nominata, ideo neceſſe fuit medi-
cinam ſecundi ordinis inuenire, quæ quidem
innatum palliet, & durum remolliat, & molle
induret, & in duris.ſ.& mollibus ſecũdum com
plementum non ſophiſticum, ſed perfectę con
ſtituat Solificum corpus aut Lunificũ verũ.

De adminiſtratione medicinarum ſecun-
di ordinis. Cap.viii.

CVm pateat igi͠t in corporibus ſolis qui-
dem mollibus, per ingenia huius artifi-
ciorum operis non poſſe liquefactionis
feſtinantiam tolli, nec impuritatem in ſui radi-
ce principiorum innatam, neceſſario euenit me
dicinam percunctari, quæ quidem in proiectio

ne illorum tenuitatem inſpiſſet, & inſpiſſando ad ſuæ liquefactionis ignitionis ſufficiētiam induret. In duris ſpiſſitudinem attenuet, & attenuando ad fuſionis velocitatem ſufficientem, cum proprietate ignitionis adducat, & vtriuſq; generis corporum fuſcedinem palliando decoret. hæc in album, illa vero in citrinum transformet perfectiſſimum. Non autem diuerſificatur hæc medicina a tertii ordinis medicina. niſi per minoris pręparationis imperfectionem, & non diuerſificatur a ſe, quod in diuerſorum corporū proiectione & pigmentorum acceptatione conſtat. ſed in modo præparationis. Alia etenim eget præparationis induſtria corporum molliū medicina, tenuitatem inſpiſſans. alia vero durorum attenuans ſpiſſitudinem. hęc quidem ignis conſumptiui modo. illa vero humiditatis cōſeruationis adminiſtratione eget.

## De ſupplemēto defectuū poſt adminiſtrationē medicinorū ſecundi ordinis. Cap. ix.

AFferamus igitur ſermonem vniuerſalē in medicinis huius ſecundi ordinis completum cum determinatione certa & vera. Et dicemus prius omnes Lunares omnium a perfectione diminutorum corporum, cum differentiis ꝑparationis eorū. Dehinc vero Solares cum propriis ſimiliter differentiis. Probauimus iam noſtris ſermonibus Sulfur cuiuſcunq; generis perfectionis eſſe corruptiuum. Argētū quippe viuum perfectiuum in opere naturę cōpletis regiminibus. Igitur & naturam imitātes, in quibus nos eſt poſſibile ſequi operibus. Et Argentum viuum ſimiliter in huius operis magiſterio aſſumimus, in cuiuſq; perfectionis medicina, Lunari.ſ.& Solari, tam quidem imperfectorum, q̄ ipſius Argenti viui coagulabilis. Cū iam ex nouiſſime dictis ſermonibus duplicem medicinarum differentiam dixerimus. Aliam quidem corporum. Aliam Argenti viui coagulabilis. Et ab hinc quidem prius corporum, ab inde vero medicinæ Argenti viui narrationem

tradamus certam. Eſt igitur per ſe huius medici
næ materia cuiuſcũq; generis vna, & eſt ꝙ iam
ſufficienter notum eſt. Aſſume igitur illud, & ſi
vis ad Lunares, ſecundum ordinem tibi præ-
miſſum, exercitatum te redde, ꝑpara ergo illud
cum modis huius magiſterii notis. quorum in-
tentio eſt vt puram ex illo ſubſtantiam diuidas,
& partem quidem figas, partem vero ad ceran-
dum dimitte, & ſic totum magiſterium proſe-
quendo, donec compleas tenta illius fuſionem.
ꝙ ſi ſe ſubito fundit, in duris perfecta ẽ, in mol-
libus vero e contra. Hæc enim medicina ſuper
imperfectorum corporum vnumquodq; pro-
iecta in Lunare perfectę mutat corpus, ſi quidẽ
perueniant huic medicinæ præparationes notę.
Si vero non, diminutum relinquit, ſed perficit
in altera perfectionis differentia, quantum ex
huius generis medicinæ ordinis adminiſtratio-
ne dependet, tantum enim exercitii non præue
niente adminiſtratione aliqua perficit in proie-
ctione ſola. Solaris vero huius, ſecundi ordinis

medicina imperfectorum quorumcunq; corporum eſt eadem medicina, & adminiſtrationis eodem regimine communicans. In hoc tamen differentiam habet.ſ.in maiori partium per modos proprios ſubtiliatione egeſtos, atq; ſubtili præparationis Sulfuris regimine adminiſtrati, & commixtione cum materia medicinæ nota. Et eſt.ſ.ipſius puriſſimi Sulfuris fixio & ſolutio eius, per eius modum. Cum hoc enim tingitur medicina, & cum hoc proiecta ſuper vnumquodq; corporũ a perfectione diminutorum, complet in complemento Solari, quantum ex eius ſecundi ordinis medicinę præparatione dependet, adminiſtratione præueniẽte nota & certa ipſius a perfectione diminuti corporis. Et ſuper Lunam proiecta perficit eam in complemẽto Solari peculioſo multum.

## De medicinis Argenti viui, & ingreſſu earum. Cap. x.

SEcundum igitur pręmiſſorum ordinem, reſtat ex operis complemento, quod ex primis nos determinaturos exhibuimus, in medicinæ Argenti viui coagulantis ipſum, narrationem tranſire. Dicimus igitur quoniam ex eiuſdē illius elicitur lapidis medicina.ſ.ex noto in capitulis huius operis multiplicibus, & illud ideo, quoniam cum fugitiuum ſit Argentum viuum de facili abſq; inflammatione aliqua, medicina eget, quæ ſubito ante fugam eius, in profundo illi adhęreat, & illi per minima coniungatꝛ, & illud inſpiſſet, & ſua fuſione illud in igne cōſeruet, quouſq; adueniat illi maioris ignis tollerantia, eius humiditatem conſumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in momento in Solificum & Lunificum verum, ſecūdum illud ad quod medicina fuerit præparata. Cum igitur non inueniatur aliquid ei magis communicare q̃ ipſum quod ſuæ naturæ eſt. ideo per hoc ęſtimauimus, cum eo medicinam illius complere, & ingeniati ſumus formam medicinæ illi per

ſngenia prę̨ſtare. Et eſt.ſ. vt prę̨paretur cum mo dis ſuis iam dictis cum diuturni laboris inſtan-tia, qua omnis illius ſubtilis ſubſtantia & puriſſi ma, alba quidem in Luna, citrina vero intenſa in Sole perhibeatur perfecte, & hoc quidē non completur ſcilicet vt citrinum creet ſine mixtio ne rei tingētis illud, quæ ſuæ eſt naturę. Dehinc vero cum hac puriſſima Argenti viui ſubſtan-tia perficiatur, cum huius magiſterii operis in-geniis medicina, quæ maxime Argēto viuo ad hæreat, & fundatur facillime, & illud coagulet, & conuertat hoc in Solificum vel Lunificum ve rum cum præparatione illius prę̨habita. Sed ex quibus maxime hęc Argenti viui ſubſtantia eli ci poſſit ſolet quæri. Et nos reſpondentes narra mus, ꝙ in quibus eſt ex illis elicitur. Eſt autem tam quidem in ipſis corporibus, q̄ & in ipſo Ar gento viuo ſecundum naturam, cum vnius ſint reperta naturæ. Sed in corporibus difficilius. In Argento viuo autem propinquius, non autem perfectius. Igitur cuiuſcunq; generis ſit medi-

cina tam quidem in corporibus, q̃ in ipſius Ar-
genti viui ſubſtantia, lapidis precioſi indagatur
medicina. Sed quoniam contingit quádoq; me-
dicinam quidem commiſceri, quandoq; vero
non. ideo modum permiſcendi narrabimus. ſ.
qualiter vnaquęq; res in corpus profundiſſime
ingreſſum acquirat, aut vnaquęq; medicina nõ
intrans, & eſt modus per diſſolutionem eius
quod non ingreditur, & per diſſolutionem eius
quod ingreditur, & per mixtionem ambarum
ſolutionum. Facit enim ingreſſiuum eẽ omne
quod illi per minima coniungitur. hoc autem
quod ingreditur per ſolutionem completur, &
completur per ſolutionem fuſio in rebus nõ fu-
ſibilibus, & ideo magis apta ſunt ingredi & pe-
netrare & alterare. Et hæc ideo eſt cauſa quare
quaſdam res calcinamus, quæ non ſunt de natu
ra harum. ſ. vt melius ſoluantur, & propter hoc
ſoluuntur, vt melius ab eis corpora impreſſio-
nem ſuſcipiant, & ab eis ſimiliter per hoc prępa
rentur & mundentur. Aut ingreſſum damus

his quæ ſua ſpiſſitudine ingredi non permittũt, cum multiplici ſubleuationis reiteratione ſpiri- tuum non inflammabilium ſuper illa, Arſenici videlicet & Argenti viui non fixorum, aut cum multiplici reiteratione ſublimationis eius, quæ ingreſſum non habet. Eſt tamen bona cautela ad ingreſſum rebus permiſcibilibus danda, vt ſoluatur corpus, de cuius ſit intentione per has mutari & alterari, & ſoluantur res quarum in- tentionis ſit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen omnium partium ſolutio ſed quarundã. dehinc idẽ & non aliud imbibatur corpus vice poſt vicem, per hoc enim beneficium in illud ſolum ingreſſum habet neceſſario, non autem in quocunq; alio corpore neceſſario hoc cõtin- git. Ex his igitur modorum ingeniis neceſſe eſt, rem quamlibet & ingreſſum, quo ex illius naturę pendet beneficio habere, & alterare cum permixtione inuenta. Per hunc igitur ſermo- nem decem medicinarum completur numerus cum ſuæ traditionis ſufficientia. Reſtat igitũ nos

adt ertii ordinis medicinas tranſire.

## De medicinis tertii ordinis. Cap.xi.

EST autē huius tertii ordinis medicina duplex.ſ.Solaris & Lunaris, eſt tamen in eſſentia vna,& agendi modo ſimiliter,& ideo vnica medicina nuncupatur a noſtris veteribus,quorum ſcripta perlegimus.Eſt tamē additamētum citrinantis coloris qui a Sulfuris fixi mundiſſima perficitur ſubſtantia. Differentia tamen inter hanc & illam, Lunarem.ſ.& Solarē, quoniam hæc illud in ſe continet.illa vero non. Eſt autem hic ordo tertius,maioris operis ordo appellatus,& illud ideo, quia maioris ſagacitatis induſtria,in illius adminiſtratione, & perfectionis præparatione,& labore longiori,ad veritatis complementum indiget,& ideo non diuerſificatur huius ordinis medicina in eſſentia vllatenus, niſi per ſubtiliſſimos præparationis gradus in creatione illius, & per diuturniorem

laboris inſtantiam, in hos præparationis gra-
dus, quos omnes narrabimus cum complemen
to ſermonis, & per actionis modi completæ cuꝫ
cauſis ſuis, & experientiis manifeſtis, & ex inde
eorum narrabimus gradus ſimiliter adminiſtra
tionis plures huius tertii ordinis. Alio etenim
gradu eget Solaris medicina in pigmentorum
præparatione completa. Alio vero Lunaris, hęc
quidem Sulfuris adminiſtratione tingẽtis eam.
illa vero non. Primum igitur adminiſtrationis
modum Lunaris medicinæ narremus. Et eſt vt
accipias lapidem illius notum, & per ſeparatio-
nis modum illius puriſſimam partem diuidas,
& ſeorſum ponas. Deinde vero eius, quæ puriſ-
ſima eſt partis aliquid figas, & aliquid ex illa re-
linquas, & cum fixa fuerit ſolue, quod ex illa ſo-
lubile fuerit, quod vero non eſt ſolubile ad calci
nationem mittas, & ab hinc ſuper illud ſolutio-
nem reitera. donec iterum quod ex ea ſolubile
eſt, ſoluatur omnimode. Sic ergo ordo iſte calci
nationis & ſolutionis vel totum ſi poſſibile eſt

coagulando reiterando ſeruetur, quouſq; illius maior ſoluatur quantitas. Poſt hoc vero ſolutiones omnes ſimul commiſce & coagula. Dehinc vero leuiter aſſando in ignis temperamento cõſerua, quouſq; illi maior ad illius exigentiam ignis adminiſtrari poſſit. Poſt hoc vero ꝓdictũ ſolutionis & coagulationis modum & ordinẽ ſerua, quouſq; iterato totum ſoluatur, quod ex eo eſt ſolubile, & iterato coagula, & iterato in ignis temperamento conſerua, leuiter aſſando vt prius quouſq; iterato illi poſſit ignis maior ad eius perfectionem adminiſtrari. Omnes igitur hos ordines præparationis calcinationis ſolutionis coagulationis, & in tẽperamento ignis conſeruationis leuiter aſſando ſuper illã quater reitera, & vltimo calcina per modum ſuum, & ſic precioſiſſimam lapidis terram ſufficiẽter adminiſtrando rexiſti. Deinde vero ſeruatæ partis non fixæ, cum hac terræ parte adminiſtratę quãtitatẽ, per ingeniorum ſubtilem cõiunge modũ per minima. Et ſit ingenium huius intẽtionis.ſ.

leuationis eius per modũ ſublimationis dictũ, quouſq; fixum cum non fixo leuetur totaliter, quod ſi non eueniat, addatur illi iterato viciſſim non fixæ partis quantitas, quouſq; ad eleuationẽ illius ſufficiat. Cum igitur eleuata fuerit reiteretur illius ſublimatio, quouſq; per hanc adminiſtrationis reiteratione figatur totum. Cum igitur fixum fuerit, iterato cum non fixę partis quãtitate poſt quantitatem combibe, per ingenium tibi notum, quouſq; totum iterato leuetur. Igiť iterato figatur, quouſq; fuſionem pręſtet facilẽ cum ignitione ſua. Hęc enim medicina eſt quę omne a perfectione diminutũ corpus & omne cuiuſcunq; generis Argentum viuũ in Lunare perfectiſſimum transformat corpus.

## De adminiſtratione Solaris & Lunaris medicinæ. Cap. xii.

SOlaris igitur huius medicinæ præparatio non adhęrentis fit per additamentum Sulfuris, per modum figētem & calcinantem, cum aſtutiæ induſtria adminiſtrationis perfectæ, atq; ſolutionis modum multiplicem cum reiteratione multa, quouſq; mundum fiat. his quidem adminiſtratione perfecta pręueniente, quæ per ſublimationem perficitur. Et eſt huius additamenti modus per reiterationē partis non fixi lapidis ſublimationis cum ingenio coniungendi per minima, quouſq; eleuetur cum ea, & iterato cum illa figatur vt ſtet. Et quanto huius complementi ordo reiteratur pluries, tanto huius exuberantia medicinę multiplicatur magis, & illius magis augetur bonitas, & multiplicatē illius augmentum perfectionis maxime. Et nos quidem ne mordeamur ab impiis, complementum narremus totum huius magiſterii ſub breuitate ſermonis completa & nota. Et eſt illius intentio vt per ſublimationis modum mundetur perfectiſſime lapis, & illius additamentum, &

ab hinc quidem cum ingeniorum modo vola-
tiuum ex eis figatur, dehinc vero fixum volatile
fiat, & iterato volatile fixum. Et totiēs fac fixum
volatile, & volatile fixum, quouſq; pręſtet faci-
lem fixionem cum ignitione. Et in hoc ordine
completur archanum pręcioſiſſimum, quod eſt
ſuper omne huius mundi ſcientiarum archa-
num, & theſaurus incomparabilis, & tu quidē
exerciteris ad illum cum laboris inſtantia maxi
ma, & cum diuturnitate meditationis immen-
ſæ; cum illa enim inuenies, & ſine illa non. Et
huic quidem medicinæ reiteratio bonitatis ad-
miniſtrationis, cum talis cautelæ induſtria pōt
in præparatione lapidis euenire, quouſq; Argē-
tum viuum mutet in infinitum Solificum verū
& Lunificum, & hoc non dependet niſi in mul-
tiplicatione illius, vel reiteratione multa illius
præparationis. Iam igitur laudetur ſublimis na-
turarum deus benedictus, & glorioſus, qui no-
bis omnium medicinarum reuelauit ſeriem, cū
experientia, quam illius inſtigationis bonitate,

& noſtri laboris inſtantia perquiſiuimus, & oculo vidimus, & manu tetigimus, complemẽtum illius noſtro magiſterio indagatum. Sed & ſiquidem illam palliauimus, non miretur doctrinæ filius, nõ enim illi palliauimus, ſed malis & improbis, & eam tali ſermone tradidimus, quem latere inſipientem neceſſario accidet, & ea ad illius inuentionis perquiſitionem prudentes alliciet. Filii igitur doctrinæ perquirite, & hoc excellentiſſimum dei donum vobis ſolis ſeruatũ inuenietis. Filii inſipientis nequitiæ, & maliuolæ prauitatis immenſæ, ab hac ſcientia fugite, quia vobis eſt inimica & aduerſa, & vos in miſeriam paupertatis conſtituet, quoniam vobis penitus hoc dei donum a diuinæ prouidentiæ eſt occultum iudicio, & denegatum omnino. Perquiſitis ergo omnium medicinarum modis, noſtri propoſiti proſequentes initium, ad eas quæ huius magiſterii induſtrias perfectionem notificãt, cum probationum cauſis abhinc tranſeundum eſt.

## De examinationibus quibus cogno ſcitur vtrum magiſterium ſit in per fectione. Cap.xiii.

PRętermiſſis manifeſtis experiẽtiis de quibus narrationem non facimus, cum omnibus ſint notæ & certæ, abſq; illius ſagacitatis ingenio, ponderis.ſ.& coloris, & extenſionis per malleum. Per artificiorum experientias tentemus cum cautela, an ſit huius artis adminiſtrationis proiectio, complementum cum veritate adducens, quæ ſunt.ſ.cineritium.cemẽtum ignitio, fuſio, ſuper vapores acutorum expoſitio, extinctio adurentis Sulfuris in mixtione probatio calcinationis & reductionis reiteratio, & Argenti viui facilis aut difficilis ſuſceptio. Primum igitur a primis ſecundum ordinem incohandum, dehinc vero ſecundum eundem ad alia ſecundum promiſſionem perficere perquiramus cum cauſis eorum notis.

## De Cineritii examine. Cap.xiiii.

DIcimus igitur ſermonem in Cineritio cum ſuis omnibus cauſis manifeſtis & ſuæ factionis modo. Eſt igitur ſola Lunaris atq; Solaris ſubſtantia in cineritii ꝑdurans examine. Perquirentes igitur horum corporum perfectorum ueras ſubſtantiæ differentias cum cauſis ſimiliter cineritii, ſcilicet quare quædam magis, quædam uero minus, in huiuſmodi magiſterii examine, a perfectione diminutorum perdurent, perſcrutabimur. Eſt tamen a nobis ſufficienter narratum, horum duorum ſecretū corporum, in ſuæ profundo ſubſtantiæ. Et eſt ſcilicet quoniam illorū prima radix multa, fuit Argenti uiui q̄titas, & puriſſima illius eſſentia & ſubtiliſſima prius, poſtea uero inſpiſſata, donec cum ignitione fuſionē ſuſcipiat. Quęcunq; igitur a perfectione diminuta plus terreitatis habent, minus in hoc perdurant examine. q̄cunq; uero minus, plus. quoniam hæc quidem magis

adhærent, propter eorum partium ſubtilitatem, maxime ſe permiſcentem & unientem. Et quæ ſimiliter maioris tenuitatis ſunt ut duorum Plũborum corpora, aut e contra quidem, quæ maioris ſpiſſitudinis ſunt corpora, ut Mars & Venus q̃ quæ in perfectione conſiſtunt, neceſſe eſt de commixto ſeparari omnino. quoniam non ſunt eiuſdem fuſionis, & ideo ſeparãtur. Et quæ quidem minorem ſunt Argenti viui quantitatẽ participantia, facilius de commixto ſeparantur. Patet igitur ꝙ cum multę terreitatis ſit Saturnus paucæq́ Argentum viuum quantitatis, faciliſq́ liquefactionis, tenuitatis quoq́ maximę, quæ perfectiõis examini cineritii ſunt oppoſita. Ideo Saturnus inter cætera corpora, minime in cineritii artiſicio, in commixto perdurat. ymo citiſſiſime ſeparatur & cedit. Ideoq́ cum inter cætera a perfectione diminuta corpora, magis cedat. ideo per hoc magis proprium eſt ad huius magiſterii examen, & illud ideo: quoniam citius cedit, & citius imperfectorum unumquodq́ ſecũ

de commixto trahit. Et propter hoc ſaluatur ma ior perfecti quantitas, ab ignis examinis combuſtione forti, quoniam non quieſcit ſpatio tẽporis longo perfectum cõſumptioni examinis. & ideo ex illo per Plumbi examen minus comburitur, & facilius depuratur. Quia uero Iouis ſubſtantia, pluris Argẽti viui quantitatis exiſtit. & minoris terreitatis, maioriue puritate illius, atq; ſubtiliori ſubſtantia participans. ideo magis in cõmixto ſaluatur q̃ Saturnus & Venus. quoniam magis cummixo in profundo adhæret. Et ideo eſt cauſa hæc. quare multa perfecti deletur quantitas, priuſq̃ ab illo ſeparetur coniunctum. Venus uero fuſionem cum ignitione, præſtat. ſed quia tardior eſt illius q̃ perfecti fuſio, ideo ſeparatur de commixto, tardius tamẽ q̃ Saturnus propter ignitionẽ ſubſtantię ſuæ fuſibilis. Quia vero minoris ẽ Argenti viui quantitatis quã Iupiter. & maioris terreitatis & ſubſtantiæ ſpiſſioris. ideo facilius q̃ Iuppiter de commixto tollitᷣ. quoniam in profundo magis Iupiter, q̃ Venus

adhæret. Mars uero fuſionem nõ habet, & ideo non permiſcetur. quod propter ſuæ humiditatis priuationem contingit. Sed & ſi propter ignis uehementiam illum permiſceri contingat. quia humiditatem Lunæ aut Solis non habet, combi bendo ei per minima unitur. Et ideo licet terrei tatem multam & Argenti viui paucitatem, & fuſionis carentiam habeat, non ſeparatur ab eis, per artificium leue. Per hoc enim artificis dilata tur induſtria, ad cuiuſcꝫ corporis rectificationẽ veram, ſi recte eius, quod ſcripſimus, efficaciam nouerit. Si vero fantaſtice ſuper illud intellectũ cõtraxerit, nihil ex eo veritatis cognoſcet. Sunt autem duo in hoc examine durantia perfectio- nis corpora, Sol. ſ. & Luna, propter bonã com- poſitionem, quæ per bonam commixtionem reſultat, & illorum puram ſubſtantiam. Narre- mus igitur modum illius cum maxime ſit no- bis neceſſarius in perfectionis huius magiſterii cognitione certa. Eſt igitur modus illius, vt tol- latur cinis cribellatus, aut calx, aut puluis oſſiũ

animalium combuſtorum , aut horum omniũ commixtio,aut quorundam.De hinc itaq; cum aqua madefiat, & ſuper illud pręmatur manus, & fiat ſtratum firmum & ſolidum , & in medio ſtrati fiat rotunda fouea & ſolida,& polita, & ſu per illius foueę fundum ſpargatur vitri triti quã titas aliqua,Deinde vero exſiccari permittatur, & cum ſiccatum fuerit , ponatur illud de cuius intentione ſit tollerare examẽ in foueam dictã, & ſuper illam ignis fortis carbonum ſuccenda- tur,& ſuper faciem examinabilis ſuffletur cor- poris,donec fundatur, quo fuſo , Saturni partẽ poſt partem proiiciamus in illud, & ſuper illud ſuffletur cum flamma fortis ignitionis, & dum videris illud agitari & moueri, motu concuſſio nis forti,non eſt purum ‘ expecta igitur,donec totum euaneſcat Plumbum , quod ſi euanuerit & non ceſſet illius motus , non eſt depuratum. Iterato igitur ſuper illud Plumbum proiice , & ſuper illius faciem iterato ſuffla,donec Plumbũ ſeparetur,quod ſi non quieuerit,iterato Plumbi

proiectionem & ſufflationem & illius faciem perquire, quouſq; qeſcat, & tu videas illud mundum & clarum in ſuperficie ſua. Poſt hoc vero carbones aperi, & ignem diſſipa, & in faciem eius aquam perfunde. hoc enim perfecte examinatum inuenies. Et ſi quādoq; in ſufflatione huius examinis vitrum proieceris, melius & perfectius depurabitur, quoniam ſordes tollit & illas inuiſcat, poteſt tamen loco vitri, ſal proiici, aut baurach, aut alumen aliquod. Similiter & perfici poteſt hoc examen cineritii in cruceolo terreo, & in circuitu eius ſufflari, & ſuper faciem eius ſimiliter, vt ſupra cōfletur quod examinari debet. His igitur ſufficienter narratis, ad cemēti examen tranſeamus cum cauſis ſuis, & ſuis experientiis manifeſtis & notis.

## De Cementi examine. Cap. xv.

Dicimus igitur quoniam corpora quædā magis, quædā vero minus per ignis cōburuntur calcinationis modum, vt quæ

pluris ſunt Sulfureitatis quantitatem combuſti-
bilis continentia magis, quæ vero minus, mi-
nus. Quia Sol igitur inter cętera corpora mino
ris eſt Sulfuris quantitatis, ideo inter cętera cor-
porum omnium mineraliũ, minime per ignis
inflammationem comburitur. Luna vero poſt
Solem ĩter omnia corpora reliqua, minoris eſt
Sulfuris quantitatis participans, pluris autem q̃
Sol, Igitur minus poteſt ſecundum hoc inflam-
mationis ignitionem, tẽporis ſpatio longo tolle
rare q̃ Sol, & res per conſimile comburentes ſe
cundum naturam minus. Venus autẽ quia Sole
& Luna pluris eſt Sulfuris, & terreitatis maio-
ris. ideo minus inflammationem illis tollerat.
Iupiter vero minus Venere, plus vero Sole &
Luna ſulfureitatis & terreitatis participat, &
ideo minus Venere per inflammationem com
buritur. plus vero Sole & Luna. Saturnus vero
plus terreitatis & ſulfureitatis per naturã in cõ-
mixtione ſeruauit, q̃ nũc dicta corpora, & ideo
citius & facilius omnibus nunc dictis inflam-

matur corporibus, & per inflãmationem com-
buritur velocius, propter hoc, ꝙ ſulfureitatem
maxime habet coniunctam, & Ioue magis fixã.
Mars vero non per ſe, ſed per accidens combu
ritur. Cum enim corporibus multæ humidita-
tis commiſcetur, combibit illa, propter ſuæ hu-
miditatis carentiam, & ideo coniunctus non in
flammatur, nec comburitur, ſi non inflammabi
lia, nec combuſtibilia ſint corpora ſibi vnita, ſi
vero combuſtibilia ſint illi commixta corpora,
ſecundum naturam ſuæ combuſtionis, neceſſa
rium eſt euenire Martem, & comburi & inflam
mari. Cum igitur ex rebus conſtituatur inflam-
mabilibus cementum, patet cauſa illius inuen-
tionis neceſſaria, & fuit. ſ. vt omnia combuſtibi
lia adurerentur. Cum igitur vnum ſolum ſit cor
pus incombuſtibile, ſolum illud ad illius natu-
ram præparatum in cemento ſaluatur. Durant
tamen quædam magis in cemento, quædã vero
minus, quę vero magis, & quę minus, nota ſunt
cuꝫ cauſis dictis. Durat igitur plus Luna, minus

vero Mars, adhuc vero minus Iupiter, minus vero & adhuc Venus, minimę vero Saturnus. Narremus igitur cementi modum, cum in cognitione nobis ſit maxime neceſſarius in perfectionis examine. Dicimus igitur, quoniam illius compoſitio eſt ab inflammabilibus rebus. Et ſunt huius generis res omnes denigrantes, & fugientes, & penetrantes, & comburētes, ſicut eſt Vitriolum Sal armoniacus, & ęris flos, & lapis figuli antiquus contritus, & Sulfuris minima quantitas, aut nihil, & virilis vrina, & ſimilibus acutis & penetrantibus. Cemētantur igitur hęc omnia cum vrina virili, & ſuper illius tabellas tenues, de cuius ſit intētione probationis, huius examen iudicio percunctari. De hinc vero in fictili concluſo vaſe, ſuper cratem ferream extēdantur tabulæ ita tamen ꝙ vna ex eis, alteram non tangat, vt libere ignis virtus ad illas percurrat æqualiter, & ſic triduo igne forti cōſeruetur in fictili, cautela tamen adhibeatur, vt igniantur tabellæ, ſed non fundantur. Poſt tertiam autem

diem, tabellas omni impuritate mundas inue-
nies, ſi in perfectione illarum extiterit corpus.
Si vero non, corruptas omnino, & calcinatio-
ne combuſtas. Quidam tamen ponunt ad in-
flammationem tabellas, abſq; compoſitionum
cemento & depurantur ſimiliter, ſi perfectionis
ſint corporis. ſi vero nō, comburuntur omnino.
longiori tamen combuſtionis ſpacio, in hoc vl-
timo eget examine, quod ſola ignis inflamma-
tione perficitur, q̃ quę cementi examinantur iu-
dicio. Sed cum Lunæ quidem, & Solis non mul
ta diſtet differentia, pauco adminiſtrationis mo
do in iudicio cum illo quieſcit, & neq; ſeparatio
corporum fit ab inuicem in his duobus exami-
nis generibus, niſi propter diuerſitatem compo
ſitionis ſubſtantiarum eorum, quoniā ex ea re-
ſultat fuſionis diuerſitas, & ſpiſſitudo, & raritas,
quæ quidem ſeparationis ſunt cauſæ, quoniam
propter fortem illorum compoſitionem, nō cor
rumpitur illorum ſubſtantia, a ſubſtantia corpo
ris extranei, cum non fiat illorum per minima

mixtio. Et ideo neceſſe eſt illa de commixto ſe inuicem ſeparari, ſine corruptione totali illorũ eſſentiæ. Quamobrem igitur adminiſtratio corporum imperfectorum completa dignoſcitur, cum eiuſdem fuſionis, & ignitionis, & ſoliditatis adminiſtrationis reperta ſunt ingenio.

## De Ignitionis examine. Cap. xvi.

Reſtat igitur vt capitulum de ignitione tradamus. Dicimus igitur quoniã corpora maximæ perfectionis, cum ignitione determinata, reperta ſunt ignem ſuſcipere ante fuſionem illorum. Et ideo dicimus, ſi alterationem eorum completam adinuenire conamur ꝙ neceſſe eſt ad fuſionem illorum corpora adminiſtrata redigere. Et eſt.ſ. vt prius q̃ fundantur perfectionis corpora, ignitionem ſuſcipiant cum inflammatione cęleſtini coloris, & amęnitatis, prius q̃ perueniat illorum ignitio

ad albedinem ignis, in qua oculus nõ poſſit cõſpicere quicquam. Patet igitur ignitionem illorum perfectam compleri ante fuſionem, cum rubore intenſo, & non cum albedine, quam nõ poſſit oculus conſpicere. Si enim priuſquam igniantur adminiſtrata fundantur corpora, in complemento non ſunt. Si vero igniantur cum labore, igniſq; expreſſione forti, nõ eſt illorum adminiſtratio vera. Et hoc quidẽ in mollibus, illud vero in ſolo Marte contingit colligi. Non enim non ignibilia, de facili ignitionem pręparationis modo ſuſcipiunt. necnon fuſibilia fuſionem rectam, quam in perfectis ſecundum naturam inuenimus. Et ſi cum ignitione, flammam amęnitatis cęleſtini non protendant coloris adminiſtrata, non eſt illorum complera adminiſtratio. Et ſi minuitur aliquid ex pręparantis differentiarum bonitatis inuentum aſtutia, nõ fuit ſufficiens artificis indagatio. Reiterando igitur inquirat, donec inueniat cum modis diuina bonitate collatis.

## De Fuſionis examine. Cap.xvii.

IN fuſionis igitur narratione ſufficientiam tradamus, ſecundum q̄ examen eſt ipſorũ corporum omnium, ad cognitionem illorum certam. Dicimus igitur, quoniam vnica eſt perfectionis fuſio, cum ignitione. ſ. ſed nõ cum cuiuſq; ignitionis genere. ſed cum ignitione in qua non albeſcit omnino corpus, & cum ignitione in qua non ſit fuſcedo igni adueniens, in qua non ſubito poſt ignitionem fundatur, & liqueſcat corpus vt fluat. Igitur cũ ſe fuderit corpus ex nimia ignis preſſione debiliter, aut ſine ignitione, aut cum ignitione fuſca, huius pręparationis neceſſe eſt corpus imperfectionis eſſe vnumquodq;, imperfectorum corporum in artificio diminuto. Et ſi poſt fuſionem infrigidari permittatur, & omnino ſubito in nigredinem, illius vertatur ignitio, & ob hoc quidẽ prius q̃ dureſcat, ignitionem perdat, non eſt in complemento corpus, cuiuſcũq; generis illud extiterit.

Sed iudicari quidem expedit mollitie, hoc corpus exiſtere ex imperfectionis corporum generibus. Et ſiquidem cum ignis laborioſa expreſſione, fortis & violenta fiat illius ante fuſionem ignitio, & radio fulgoris ineſtimabilis albeſcentis omnino. iam nõ perfectionis, ſed duritiei alteratum eſt corpus. Et ab hoc quidẽ ſi poſt illius fuſionem, ab igne tollatur, & ſubito induretur vt non fluat, manente illius ignitione fulgida, iam non Lunaris aut Solaris perfectionis corpus exiſtit cuiuſcunq; generis, & præparationis corpus fuerit adminiſtratũ. ſed ſub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis, triplicẽ in fuſilibus ignitionis, ante liquefactionem ſubſtantiarum illorum, experimẽto recolligi gradum. Vnum ſcilicet ignitionem fuſcam. Alterum vero rubeam claram. Tertium albiſſimam radio fulgentem. Prima quidem eſt mollium. Secunda perfectorũ corporum. Tertia durorum rationis experimentoprobat ur. Sed qui harum omnium ignitionum deſiderat

gradum perquirere.omnia fuſibilia conflet corpora,& ignis conſideret ſufficientiam ad fuſionis perfectionem completam, & conſiderando recolligat omnium ſignorum fuſionis gradus differentiam,& ſic quidem inueniet,aliter vero non.Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus a nobis determinatis atq; determinandis examinationis maneriebus. Et hæc itaq; de fuſione dicta ſufficiant.

## De examine expoſitionis corporũ ſuper vapores acutos. Cap.xviii.

PRoſequentes igitur ſermonis complemẽtum de corporum expoſitione ſuper acutorum vapores narremus.Dicimus igitur quoniam videmus perfectionis corpora ſuper acutorum vapores expoſita, acrium videlicet, ponticorum & acetoſorum ſimiliter omnino, aut nihil florere,aut amęniſſimum cęleſtinum florem emittere. Sed Solem quidem puriſſimũ

non florere. Lunam vero, aut Solem non pu-
rum, ſuper acutorum vapores expoſita florere
comperimus, & cęleſtinũ amęniſſimum. amę-
nius tamẽ Solem q̃ Lunam emittere. Et ob hoc
igitur naturam imitantes, & nos ſimiliter in prę
paratis colorem cęleſtinum creemus corpori-
bus, qui per Argenti viui bonitatem perficitur,
vt ſufficienter a nobis narratum eſt, in præce-
dentibus noſtri ſermonis. Quæcunq; igitur per
fecta corpora ſuper vapores acutorum extite-
rint, & cęleſtinum nõ creauerint amęnitatis co-
lorem, non ſunt in perfectionis complemento
totali. Et eſt ex corporibus quoddam, quod ru-
beum fuſcum vindicat, aut citrinum fuſcum vi-
riditati admixtum colorem ex acumine ponti-
corum floret in ſuperficie ſua, & huius generis
eſt Mars. Quoddam vero viride fuſcum in ſu-
perficie floret cęleſtino admixtum turbido, &
huius eſt Venus. Quoddam vero album fuſcũ,
& huius generis Saturnus comperitur. Quod-
dam vero album clarum, & huius eſt Iupiter.

Quia igitur maxime perfectum corpus mini-me floret, aut nihil. Etſi quid tardiſſimo tempo-ris floret ſpacio, & Iupiter quidem minime & tardiſſime inter diminuta a perfectionis com-plemento corpora gũmoſitatẽ illius floret. Ideo per hoc conſideramus huius examine magiſte-rii, Iouem maxime perfectioni approximare in opere maioris ordinis. Per hoc igitur examẽ perquiri poterit, in quo per tractatum perfectio nis temperatum genere perſiſtet corporum, ſi recte eorum cõſideraueris ordinem, quem nar-rauimus in hoc capitulo. ſin autem tuæ imputa temeritatis inſipientiæ.

De extinctionis examine. Cap. xix.

IN extinctionis igitur examine narrationẽ adducamus totalem. Eſt tamen multiplex illius experiẽtia in qua cognoſcitur, vtrum in perfectione magiſterium conſiſtat. Primum igitur, ſi ignitum corpus in liquorem extingua-

tur, & Lunare quidem album non fiat, & Solare citrinum fulgidum, ſed in alienum mutetur colorem, non eſt in complemento alteratio magiſterii. Aut ſi quidem in reiteratione ſuæ ignitionis & extinctionis in aquis ex ſalium aut aluminum cuiuſcunque generis adminiſtratione creatis, ſcoriam nigredini affinem in ſui ſuperficie protenderit, aut extinctione illius in Sulfuribus & ab extinctione & ignitionis reiteratione multa euanuerit quantitas, aut nigredine fęda ſe infecerit, aut omnino per mallei compreſſionem ſe confregerit, fallax eſt operis artificium. Aut ſi ex Salis armoniaci, & viridis ęris, & puerilis vrinę mixtionis cementatione, aut in natura conſimilium, & ad ignitionem poſitum, & poſt ignitionem ad extinctionẽ ſimiliter, & Lunare quidem vel Solare ex toto colorem amiſerit proprium. aut ſcorium creauerit in corruptione, conſtat corpus ad hæc ſophiſtica permanere. Vnam tamẽ generaliter tibi tradimus regulam certam, quoniam tam quidem in dictis, q̃ a no-

bis dicendis examinibus ſi quid ei ex perfectio/nis differentiis alteratum permutauerit corpus ponderis videlicet aut coloris,nõ recte ſed fantaſtice indagauit artifex opus , quod non peculioſum ſed perditionis eſt potius.

## De examine in mixtione Sulfuris. Cap.xx.

EX Sulfuris vero mixtione vtrum in perfectione conſiſtat magiſterium comprobatur ſimiliter , quoniam experientia noſtra inuenimus,Sulfur corporibus commixtũ,quædam magis , quædamq; vero minus comburere, & quædam a combuſtione illius redire , quædã vero non noſtro cõperimus artificio. Et ex hoc itaq;,differentia notari poteſt inter ipſa a perfectione diminuta corpora præparata in complemento ſophiſtico . Igitur cum inter cętera corpora cuiuſq; generis inuenimus Solem minime per Sulfur cõburi . Ab hinc vero & poſtea Iupiter , deinde vero Luna, poſt hoc Saturnus,

& facilius quidem his omnibus Venus, facilli-
me Mars per Sulfuris oleaginitatem comburi-
tur. Ideo per hoc notatur quid magis, quidue
minus perfectioni approximat. Et ex diuerſita-
te colorum poſt corporum combuſtionem per
quiri poteſt, in quo alteratum genere, ex ſuę na
turæ radice corpus conſiſtat, quoniam Sol qui-
dem citrinum intenſum, aut rubeum clarũ pro-
tendit ex Sulfuris combuſtione colorem. Luna
vero nigrum cęleſtino admixtum. Iupiter vero
nigrum modica rubedinis tinctura admixtum.
Saturnus vero nigrum fuſcum, multo rubori
& liuiditati admixtum. Venus vero nigrum vi-
riditati admixtum, multa pręexiſtente combu-
ſtione Sulfuris, pauca vero pręexiſtente com-
buſtione viridiſſimum, & amęnum violaceum
protendit ex Sulfuris combuſtione colorem.
Mars vero in omni cõbuſtionis genere nigerri
mum fuſcum colorem creat. Ex reductione au-
tem a Sulfuris combuſtione notatur & ſimili-
ter diuerſitas in corporibus. Quædã vero ſicut

Sol & Luna redeunt, quædã vero ignis expreſ-
ſione a reductione cum Sulfure recedunt, aut
totaliter, aut eorum quãtitas maior, & quædam
vero in ſuæ naturæ corpus, quęđã vero in aliud
q̃ ſuæ naturæ redeunt a Sulfuris combuſtione
corpora. Redeunt autem ad proprii naturã cor-
poris a Sulfuris combuſtione corpora Sol &
Luna, recedunt autem Iupiter & Saturnus. Iupi
ter autem aut totaliter, aut ſecundum ſui maio-
rem partem. Saturnus vero nõ ex toto recedit,
ſed quandoq; maior quãdoq; vero minor illius
deletur pars. Horum autem. ſ. Iouis & Saturni
contingit diuerſitatem exiſtere, propter natu-
ram & corporum adminiſtrationis eorum, in
operis præparatione dictam, quoniam ex ſubi
ta ignis expreſſione, de reductione Iouem de-
leri contingit. Ex ſucceſſiua vero & paulatina,
& Saturnum & Iouem ſaluari. Eorum tamẽ re-
ductio in alieni corporis potius q̃ proprii natu-
ram contingit. In clarum quidem videlicet aug
mentum. Iouis in fuſcum vero Saturni cõuerti

reductionem repertũ experientia noſtra extitit. Venerem vero minui in ignis reductionis impreſſione. Martem vero magis contingit. ſed Veneris quidem eſt reductio ponderoſa & citirna, fuſca. Martis vero alba, lucida, fuſca, molils, nigredine participans, cum ſui augmento ponderis. Ex his igitur perquiri poterit omnium alteratorum natura corporum.

## De examine calcinationis & reductionis corporum. Cap. xxi.

DE calcinationis & reductionis reiteratio nis examine dehinc eſt perquirendum. Inuenimus igitur, quoniam perfectionis reperta ſunt corpora, in calcinationis & reductionis reiteratione, ex bonitatis differentiis nihil perdere coloris, ponderis, aut quantitatis, de qua curandum ſit nimium, aut fulgoris perdere, quantumcũq; reiteretur ad illa operis illorum multiplicitas. Et ideo ſi per reiterationem

modorum calcinationis & reductionis a calce, ex omni metallorum alteratorum genere, bonitatis differentiarum perdatur aliquid, ęſtimandum putes ſophiſtice perquiſitionem artificem indagaſſe Quamobrem igitur ad alias exerciteris, vt eas cognoſcas.

## De examine in facili & difficili mixtione Argenti viui. Cap.xxii.

IAm igitur nobis patuit veridice, maxime Argenti viui quantitatem continentia perfectionis exiſtere corpora, & ideo maxime Argento viuo amicari & vniri. Quamobrem igitur ęſtimandum corpora magis perfectioni approximare, quæ magis amicabiliter Argentum viuum combibunt. Et huius eſt ſignũ Argenti viui facilis ſuſceptio a Solari aut Lunari perfectionis corpore. Ob huius igitur rationis cauſam, ſi alteratum quidem corpus de facili in ſui ſubſtantiam, Argentũ viuum non ſuſcipiat,

a perfectionis maxime complemento diſtare neceſſe eſt.

## Operis totius in vna ſumma Recapitulatio.

QVia pertractauimus igitur huius magiſterii cauſarum ſufficientiæ experientias notas ſecundum noſtri propoſiti ſermonis exigentiam. Reſtat nos ad complementum totius operis diuini peruenire, in capitulo vno, & in ſummam contrahere ſermonis abbreuiati in capitulis diſperſum magiſterium. Dicimus igitur quoniam totius operis intentionis ſumma non eſt, niſi vt ſumatur lapis in capitulis notus, deinde vero cum operis inſtantia aſſiduetur ſuper illum opus ſublimationis primi gradus, vt per hoc mũdetur a corrumpente impuritate, & eſt.ſ.ſublimationis perfectio, & cum ea ſublimetur lapis, donec in vltimam ſublimationis puritatem deueniat, & vltimo volatilis fiat. Ab hinc vero cum fixionis mo

dis figatur, donec in ignis aſperitate quieſcat. Et hic ſecundus præparationis gradus appellatur, & in hoc quidem vna perfectionis præparationis meta conſiſtit. Sed & tertio ſimiliter lapis administratur gradu, qui in vltimo conſiſtit pręparationis complemento, & eſt ſcilicet vt iam fixũ lapidem cum modis ſublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum ſolutum, & ſolutum iterato volatilẽ, & iterato volatilem fixũ, quouſq; fluat & alteret in complemento Solifico vel Lunifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis huius gradus tertii in medicina, reſultat bonitatis alterationis multiplicatio. Ex diuerſitate igitur reiterationis operis ſuper lapidem in gradibus ſuis, reſultat multiplicationis bonitatis alterationis diuerſitas, vt ex medicinis quædam ſui duplum, quædam vero decuplum, quædam vero centuplum, quædam milleſimũ, & quædam in infinitum Solificum, & verum perfectionis Lunificum tranſmutet corpus. Ab hinc igitur & vltimo tentetur vtrum in perfe-

ctione conſiſtat magiſterium. Sed ne nos quidẽ mordeamur ab inuidis, narramus, quoniam nõ tradidimus ſcientiam noſtram ſermonis conti- nuatione, ſed eam ſparſimus in diuerſis capitu- lis. Et hoc ideo, quoniam tam quidem probus q̃ improbus, ſi continua fuiſſet tradita, ipſam vſur paret indigne. Et eam ſimiliter occultauimus vbi magis aperte locuti ſumus, non tamen ſub enigmate, ſed ſub plana ſermonis ſerie, artificẽ allocuti ſumus, & ſermonis modo eam aſcripſi mus, quam ſolius dei altiſſimi, benedicti, ſubli- mis, & glorioſi, & noſtri qui illam ſcripſimus mente recolligi accidit, aut diuinę gratia bonita tis infuſi, qui cui vult largitur & ſubtrahit, & vbi vult ſpirat. Non deſperet igitur doctrinæ filius, quoniam ſi illam quæret, eam inueniet, non do ctrinæ ſed propria motus indagatione naturæ. Quoniam qui per ſe & ſuæ induſtria bonitatis quæret, ſcientiam inueniet, qui vero per libro- rum inſecutionẽ quæſiuerit, tardiſſime ad hanc perueniet artem pręcioſiſſimam. Quia nobis

ſolis artem, per nos ſolos inueſtigatam tradi-mus, & non aliis, veriſſimam tamen & omnino certam. Solum igitur prudentes ad artem allici-mus, & per ingenia a nobis tradita, viam inue-ſtigationis eiſdem expoſuimus. Non autẽ eam inuentam, niſi ſolis nobis ſcripſimus, & inuen-tionis modum, & modorum ingenia. Per ea igi tur quæ tradidimus, exerceat ſe bonæ mentis ar tifex, & dei donum altiſſimi ſe adinueniſſe lętabitur. Ad artis igitur excelſæ perquiſitionẽ hæc dicta ſufficiant.

Summæ perfectionis magiſterii in ſua natura Geberis philo ſophi perſpica ciſs. finis.

## Libri Inueſtigationis magiſterii Geberis philoſophi perſpicaciſſimi Prohęmium.

INueſtigationē huius nobilis ſcientiæ, ex continua & frequenti operis ſedulitate, et huic' operi ſtudio nimio, necnon cogitationibus noſtris profundiſſimis & vari's annexis emulam, vobis tradā, vt melius & apertius a vobis volumina ſubſequentia intelligantur, & vt intellecta, & circa eadem ingeniata & perſcrutata facilius & promptius ad effectum perducantur. Et quia eſt aliud artis inueſtigare per rationem q̄ attentare, & probare ſubtilitates & ingenia horum, donec operando & perſcrutando & experiendo ad intētum peruenerint completum. Ideo in hoc meo libro quęcūq; per narrata inueſtigauimus, ſecundum meę mentis rationem ſcripſimus, artem dico perficientia. Nō putet tamen quis ꝙ hanc inueſtigationem, aut librum noſtrum, qui Summa perfectionis ma-

giſterii eſt intitulatus, in quo quęcunque vidimus & tetigimus complete ſecundum ſcientiæ ordinem terminauimus, ſecundum experiẽtiam & cogitationem certam, quam ſcrutatione noſtra de naturalium & mineralium effectibus tranſformantibus diuerſis in opere apparentibus notauimus, & ingeniati ſumus ſcientiam noſtram prius compoſitam cum hac inueſtigatione conuentus q̃ ſuper ipſam declarãdo propoſuimus, ergo de iure hæc illam præcedit, cum per hunc librum inueſtigare quęram de cogitatione rei perficientis. Cum igitur hæc ſcientia de imperfectis tractet corporibus mineralium inquantũ ea perficere deceat. In primo igitur circa hæc duo conſiderauimus, imperfectionem .ſ. & perfectionem. Circa hæc duo noſtram fundamus intentionem, de rebus autem perficientibus & corrumpentibus, ſecundum quod per noſtram inueſtigauimus experientiam, hunc librum componimus, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, res autem quæ perficit in minerali-

bus eſt ſubſtantia Argenti viui, & Sulfuris proportionaliter commixta per longam & temperatam decoctionem in viſceribus terræ mũdæ, inſpiſſata & fixa cum conſeruatione ſuæ humiditatis radicalis non corrumpentis, ſed ad ſubſtantiam ſolidam cum ignitione debita fuſibilẽ & ſub malleo extendibilem producta. Per diffinitionem naturæ huius perficientis leuius peruenire poſſumus ad cognitionem rei corrumpentis. Et eſt illa quæ a contrario ſenſu habet intelligi uidelicet ſubſtantia impura Argenti viui & Sulfuris ſine proportione debita commixta, uel minus uel nimis decocta in uiſceribus terræ mundæ nec recte inſpiſſata nec fixa, humiditatem habens cõbuſtibilem & corrumpẽtẽ, & raræ ſubſtantiæ & poroſæ. uel habens fuſionem ſine ignitione debita, uel nullam, nec patiens malleum ſufficienter. Primam autem diffinitionem inueni intruſam in his duobus corporibus uidelicet in Sole & Luna ſecundum cuiuſlibet perfectionem. Secundã uero in his qua-

nuor ſcilicet in Stagno /Plumbo /Cupro/& Fer
ro ſecũdum cuiuſlibet impefectionem. Et quia
hæc corpora imperfecta ad ſanitatem & perfe-
ctionem non ſunt reducibilia , niſi contrarium
in eis operetur, ideſt ꝙ manifeſtum occultetur
& occultum manifeſtetur. quæ operatio uel cõ-
trariatio fit per præparationem , igitur præpara-
tio eſt eis adhibenda. Eſt ergo præparare ſuper-
flua demere, & abſentia ſupplere , & ſic notam
in eis mittere perfectionem. De hac enim præ-
pararione non indigent corpora perfecta. Indi-
gent ergo præparatiõe tali , ꝙ eorum partes ma
gis ſubtilientur & a corporalitate ſua ad ſpiritua
litatem reducantur fixam. Cuius intentio eſt ex
eis facere corpus ſpirituale fixum. hoc eſt mul-
to magis attenuare & ſubtiliare q̄ erat prius. De
horum omnium præparationibus ſecundum
noſtram inueſtigationem in loco ſuo tractabi-
mus ſufficienter in hoc libro . quæ poſt q̄ præ-
parata fuerint ſufficienter erunt apta ut de eis
elixir album uel rubeum fiat magnum. Inueni-

mus enim modernos nobis unicum tātum ſcri-
bere lapidem ad album uel rubeum completū.
quod concedimus uerum eſſe. Nam ex quacūq;
re elixir conficiatur album uel rubeum, nihil ta
men ibi aliud eſt q̄ Argētum viuum & Sulfur.
quorum unum ſine altero nihil agit, nec eſſe po
teſt. Et ideo unus lapis a Philoſophis nuncupa-
tur, quamuis a multis extrahatur corporibus ſi-
ue rebus. Extrahere enim a re in qua non eſt,
hoc ſtultum cogitare eſſet & uanum, ut quidā
fatui putauerunt. qđ nūquam erat intentio phi-
loſophorum. Dicunt tamen multa per ſimilitu
dinem. Et quia omnia corpora metallica ex Ar
gento uiuo compoſita ſunt & Sulfure, puris vel
impuris per accidens non in prima ſui natura
innatum. Ergo etiam per præparationem con-
uenientem tolli eſt poſſibile. Nam expoliatio ac
cidentium non eſt impoſſibilis. Eſt ergo præpa
ratio ſuperfluum demere & defectui ſupplere
in corporibus imperfectis, quæ fieri non poteſt
ſine adiuuatione operis & rerum purificātium.

Diuerſificatur enim prępar atio ſecũdum diuer-ſitatem rerum indigentium. Experientia enim nobis dedit modos agendi, ſcilicet Calcinatio-nem, Sublimationem, Deſcenſionem, Solutio-nem, Diſtillationem, Coagulationem, Fixio-nem, & Cerationem. De quibus ſingulis narra-tionem fecimus in Summa perfectionis ma-giſterii ſufficienter. Iſta enim ſunt opera ad prę-parationem iuuãtia. Res autem præparationes iuuantes ſunt iſtæ. ſ. omnia genera ſalium, alu-minum, atramentorum, & etiam uitrum, borax & quæ huius naturæ ſunt. & acetum acerrimũ, & ignis. Et cum iſtis præponimus corpora im-perfecta præparare, ideſt mundare ſi aliqua im-munditia in his extiterit ſecundum noſtram ex-perientiam in qua certi fuimus per prędicta.

De Salis cõis præpara tione. cap. 1

SAl commune comburatur, combuſtum in aqua cõmuni vel aqua clara fontis calida ſoluatur, ſolutum per filtrum diſtilletur, diſtil-latum per lentum ignem in parapſide uitreata,

uel uaſe terreo plumbato, & non in metallo cõgeletur, congelatum calcinetur per diem & noctem in igne mediocri, & ſerua ipſum ſic ſufficienter mundatum.

De Salis nitri præparatione. 2

SAl petre diſſoluitur in aqua fontis, per filtrum diſtillatum congelatur in uaſe uitreo uſq; ad ipſius fuſionem criſtallinam.

De Salis uitri præparatione. cap. 3

SAl uitri ſic pręparatur, diſſolue ſagimen uitri in aqua forti, diſtilla per filtrum, & congela in uitreo uaſe, & ſic optime clarificatẽ.

De Salis gemmæ præparatione. cap. 4

SAl gemmæ teritur, diſſoluitur & congelatur in uaſe terreo uitreato, ſicut Sal commune.

De Salis alcali præparatione. cap. 5

SAl alcali fit ex ſoda diſſoluta, & per filtrum diſtillata, & cocta ad tertiam & deſcendet ſal in tempore ad fundum uaſis in modum criſtalli, & eſt præparatum: Similiter ſal al

cali apud aliquos ſic pręparatur. Accipiunt cine ris clauellati pondera quinqꝫ uel duo, calcis ui- uæ pondus unum, & trahunt totum lixiuium, & diſtillant & congelant, & hoc reiterant ſemel & eſt præparatum. Vel ſicut ſal cõmune primo teratur totum, ſoluatur in aqua communi cali- da, poſtea diſtilletur per filtrum, & congeletur & calcinetur cum igne lento.

De ſalis armoniaci præparatione. 6

SAl armoniacus fit ex quinqꝫ partibus uel duabus urinæ humanæ & parte una ſudo- ris eiuſdem, & parte una ſalis communis, & parte una cum dimidia fuliginis lignorum, uel baculorum habitis ſimul coctis uſqꝫ ad con ſumptionem huiuſmodi, ſublima ſalem armo niacum uerum & utilem, hunc iterum in ſudo- re diſſolue & congela & ſublima a ſale com- muni ſemel & eſt præparatum. Vel teratur pri mo cum præparatione Salis communis mun- dati, poſtea ſublimetur in alto aludel, donec to- taliter fuerit extractum purum: poſtea ſolua-

tur ſuper porfidum ſub diuo, ſi de eius aqua habetur facere, uel ſeruetur ipſum ſublimatum & purũ ſufficienter.

De Salis Tartari præparatione. 7

SAl Tartari fit ex fecibus uini calcinatis & diſtillatis, uel ex tartaro calcinato diſſoluto & congelato, & eſt præparatum.

De Salis urinæ præparatione. 8

SAl vrinæ fit ex fetibus vrinæ diſtillatæ calcinatis, & iterum in aqua ejus diſſoluitur & congelatur, & eſt magni iuuamẽti. multi diuerſimode tractant de ſalium pręparatione. Nos autem inueſtigatione noſtra inuenimus has pręparationes ſalium breuiores & utiliores ad noſtrum propoſitum conſequendum. Cum ex omnibus rebus uere calcinatis Sales per diſſolutionem extrahantur, per uiam prælibatam præparari tenẽtur, ſufficit nos tranſire cum his ingeniis conſuetis.

De Aluminis glaciæ uel rocę ꝑparatione. 9

Alumen glaciæ uel rocæ duplicem habet præparationis modum, unum pro corporibus calcinatis abluendis, alium pro ſpiritibus ſublimandis. Primus modus. Diſſolue ipſum in aqua fontis clara diſtilla per filtrum coque ad eius tertiã partem, pone in parapſidibus uitreatis, & deſcendet circa latera uaſis, & in fundo alumen præparatũ criſtallinum. Secundus modus eſt, ut alumen uaſe terreo coquatur quouſq; humiditas euanuerit, & inuenies alumen album ſpongioſum, leue & præparatũ pro ſublimationibus, & aliis diuerſis operibus, Feces in fundo uaſis remanẽtes uel diſſoluantur ſupra lapidẽ uel in aliqua parte humida, uel in aqua inde extracta uel reſeruentur.

De aluminis iameni præparatione. 10

Alumen iameni quemadmodum alumẽ glaciæ uel rocæ præparatur, excepto ꝙ in hac arte maioris eſt uirtutis.

De Aluminis plumoſæ præparatione. 11

ALumen plumoſę diſſoluitur & præparatur ſicut Alumen glaciæ uel rocæ. Nunc reſtat præparationes atramentorum inueſtigare, cum multum ſit nobis id, quod per ea colligimus in tinctura & ligamentis ſpirituũ & aliorum quæ ad elixir ſpectant.

### De Attramēti nigri pręparatiōe. 12

ATramentum nigrum ſoluatur in aceto mundo, uel in aqua bullienti, poſt per filtrum diſtilletur & coaguletur, & eſt præparatum. Vel ponatur primo in alembich, & humiditas totalis extrahatur. Feces in hac diſtillatione calcinatæ ſuper porfidũ, uel in ſua aqua ſoluantur & coagulentur. uel ipſa aqua ſecundum uelle artificis reſeruetur.

### De cuperoſæ præparatione. 13

CVperoſa diſſoluenda eſt in aceto diſtillato, clarificanda per filtrum, & congelãda, & ſic eſt munda.

### De Vitrioli Romani ꝑparatione. 14

VItriolum Romanum alia præparatione non indiget, niſi ꝙ in aliquibus cineribus teneatur in igne medioeri ut rubifi cetur. Eſt certũ ꝙ a corporibus (ut amplius conſiderauimus) imperfectis extrahuntur diuerſa nobis neceſſaria, & ſunt adminicula perfe ctionis in caſu quæ indigent præparatione.

De Ceruſæ præparatione. 15

CEruſa diſſoluenda eſt in aceto purificanda deinceps a groſſioribus, & id quod vt lac emanauerit congelandum eſt in ſole, vel lento igne, & eſt præparata.

De Albi hiſpanici præparatione. 16

EOdem modo vt ſupra fit de Albo hiſpanico ſtagnũ candidũ in vrina diſtillata ſol uendum eſt ad modum ceruſæ, & ſic præ parandum.

De Viridis ęris pręparatione. 17

VIride æs in aceto diſtillato ſolutum, & clarificatum limpide, congelandum eſt lentiſſimo calore, & eſt optimum.

### De Croci ferri præparatione. 18

CRocus ferri diſſoluendus eſt in aceto di ſtillato, & eſt clarificãdus, & hęc aqua ru bicunda crocea cõgelata dat ſibi croceũ aptum, & eſt factum.

### De Litargirii præparatione. 19

LItargirium in aceto diſtillato reſolue, cla tifica, & congela, quia bene præparatum eſt, quod iterum quemadmodum & alia prænominata diſſoluere potes & his uti diſſolu tis & congelatis, in hoc eſt inueſtigatio profun da, & hæc præparatio fit breuiſſime.

### De Antimonii pręparatione. 20

ANtimonium calcinatur, diſſoluitur, cla rificatur & congelatur, & eſt præparatũ.

### De lapidis Lazuli p̃paratione. 21

LApis Lazuli calcinatur abluitur tritus, & eſt purificatus a terreitate.

### De lapidis Ematitis p̃paratione. 22

LApis Ematitis ignitur, extinguiturq; ſæ pius in felle taurino & ſplene.

De Boli præparatione. 23

BOlus teritur, diſſoluitur vt Ceruſa & congelatur.

De Cinabrii p̄paratione. 24

CInabrium ſemel eſt præparandum cum ſale communi, & optime eſt.

De Tutiæ præparatione. 25

TVtia calcinatur & reſoluitur in aceto diſtillato, & ſic eſt præparata.

Diuerſa adhuc Salium, Aluminum, & Atramẽtorum genera reperiuntur, quæ omnia ut iam dicta in ſua ſpecie p̄parantur, & mundantur.

De Vitro & Baurachiis. 26

VItrum & Baurachia ſi debito modo fuerint facta, non indigent p̄paratione.

De Aceti acerrimi præparatione. 27

ACeti autem acerrimi cuiuſcunq; genera ſubtiliantur & depurantur, & illorum virtus ſiue effectus p diſtillationem meliorantur, de quorum mundatione & deputatione ſufficienter tractauimus, cum quibus corpo-

ra imperfecta præparari poſſunt, & deputari, & meliorari, & ſubtiliari, igneq; ſemper debito mediante. Preparantnr enim & depurantur p iſta ad intentionem ignis per hũc modum. Habent enim hæc corpora imperfecta humiditates ſupfluas & ſulfureitatem aduſtibilem, nigredinem in ipſis admiſcendis generantem, ipſa p̃dicta corpora corrumpentem. habent etiam terreitatem immundam, fetulentam, & combuſtibilem, nimis groſſam, ingreſſionem impedientem & fuſionem. iſta & talia ſunt ſuperflua in his corporibus prædictis, quæ in ipſis noſtra experientia inueſtigatiõe certa & ingenioſa ſunt inuẽta. Et quia hæc ſuperflua accidentaliter his ſuperueniunt corporibus: & non radicaliter. & ſpoliatio accidentalium poſſibilis eſt. oportet nos cum igne artificiali his prædictis mundatis & ſuperflua demere accidentia cuncta. ſola ſubſtantia Argẽti uiui & Sulfuris radicalis permanente. Et hæc eſt integra præparatio imperfectorum, & depuratio perfecta / melioratio /

& ſubtiliatio . Horum , uel huius ſubſtantiæ
puræ remanentis fit multis modis ſecundum quod
indiget elixir . Præparationis ergo & depura-
tionis in generali modus eſt hic . Primo enim
eleuanda eſt cum igne proportionali tota humi
ditas ſuperflua, & corrupta in illorum eſſentia.
etiamque ſuperfluitas ſubtilis & comburens . &
hoc calcinando.deinde totalis ſubſtantia rema-
nens corrupta, in illorum calce ſuperfluę humi
ditatis comburentis, & nigredinis corrodenda
eſt cum his mundatis prædictis corroſiuis acu-
tis ſeu acerrimis, donec calx fuerit alba ſiue ru-
bea , aut ſecundum corporis naturam & pro-
prietatem colorata , & munda & pura ab omni
ſuperfluitate, ſeu corruptiõe prænarratis.& hæc
cum his corroſiuis & mundatis.terendo imbi-
bendo & lauando.Poſtea uero delenda ſeu de-
ponenda eſt totalis terreitas immunda , & fe-
tulentia combuſtibilis & groſſa cũ rebus præ-
dictis mũdatis, vel puris fuſionem metallicam
non habentibus cum calce prædicta modo prę

dicto depurata commixtis, & bene tritis, quę in fuſione ſeu calcis reductione retinebunt ſecum terreitatem groſſam & immundam prædictã, remanente corpore puro, ex omni ſuperfluita- te corrumpente mundato, ex hoc totum deſcen dendo meliorationis & ſubtiliationis horũ ſub ſtantiæ puræ in generali modus hic eſt. Primo hoc corpus purgatum & reductum, eſt iterum calcinandum cum igne & adiutoriis mundati- uis prædictis. Deinde cum his quæ ſunt ſolu- tiua ſoluẽdum, hæc enim aqua lapis noſter eſt, & Argentum viuum de Argento uiuo, & Sul- ful de Sulfure & corpore ſpirituale extractum, & ſubtiliatum ſiue attenuatum, quæ meliorari poteſt confortando in ipſum uirtutes elementa les cum aliis pręparatis, quæ fiunt ex genere ſui generis. & augmentando colorem/fixionẽ/pon dus/puritatem/fuſionem/& alią omnia quæ per tinent ad elixir perfectum. Et iſte eſt modus ꝑ ſolos nos inueſtigatus, pręparationis, depuratio nis, ſubtiliationis, & meliorationis corporum

mineralium in generali. Nunc tranſeamus ad ſpecialem ſeu particularem cuiuſlibet corporis imperfecti præparationem cum omnibus modis ſuis, etiamq; perfecti corporis mineralis & primo de Ioue.

De præparatione Iouis. 28

PRæparatio Iouis in ſpeciali præparatur multipliciter, melius per hunc modum. Et eſt ut ponatur in furno calcinationis ĩ uaſe ad hoc apto, & proiciatur ſubtus ignẽ vſq; ad corporis ipſius fuſionem bonam. mouendo tunc ipſius corpus liquefactum cum ſpatula ferrea perforata. ſpolia quæ ſuper ipſum creantur extrahendo, mouendo in ignis calore æque perdurante, donec in ſuperficie bona quantitas ipſius pulueris fuerit congregata. deponatur tunc illa & iterum moueatur quouſq; alternata uice totum corpus in puluerem ſubtiliſſimum fuerit reductum. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur in furno, addẽdo ſibi ignem bonum, ſuã fuſionem non ſuperantem. & mouendo multo-

tiens. Stet ergo in igne ſuæ calcinationis ſic per diem naturalem uel circa. finaliter cum tota humiditas accidentalis & ſuperfluitas fuerit deleta cum Sulfure combuſtibili & corrumpente. poſtea extrahatur calx alba mundata. Nam ignis omnem fugitiuam ſubſtantiam & inflammabilem eleuat & conſumit de prædictis, ſcilicet cũ Sale communi mundato & alumine, & cũ aceto purificato & acerrimo multum lauando, & ponatur ad ſolem, uel ad aerem. & iterum teratur & lauetur & deſiccetur, & hoc alternatim ꝑ uicem reiteretur, donec per acuitatem ſaliũ aluminum atq; aceti, tota eius humiditas nigredo & immunditia fuerint conſumptæ, corroſæ & deletæ. tunc apponatur de vitro trito cum his ꝑdictis. Cumq; totum impaſtatum fuerit. deſcendatur per botrum barbatum cũ ſufficienti igne. Deſcendet enim corpus purum & mundum remanente cum uitro, & ſalibus ſiue aluminibus tota ſubſtantia terrea, & fetulentia. In illo enim corpore mũdo deſcenſo & reducto eſt ęqualis

& pfecta pportio Argenti viui mundi & Sulfu
ris albi non vrentis. Nam ignis & corroſiua to-
tam humiditatem diuiſerunt, & ſubſtantiam fu
gitiuam inflammabilem, & corrumpentē, atq;
nigredinem. & per deſcenſorium ſuum, ſiue p
paſtillum ſalium & aluminum & uitri diuiſa ē
tota ſubſtantia terrea & fetulentia cum ſua pro-
portione. ſubſtantia pura & temperata remanē-
te. Poſtea uero calcinetur iterum hoc corpus re
ductum purum cum ſolo ſale armoniaco puro
mundato, cum autem bene & minutiſſime fue
rit calcinatum ſublimato & mundato, donec fue
rit in pondere æquali. vel triteтur tunc illud totū
peroptime, & bene diu teratur ſuper porfidum
& ponatur ſub diuo, loco frigido & humido,
vel in veſſicis uitreis in furno ſolutionis, vel in
ventre equino, donec totum fuerit diſſolutum
augendo Sal ſi fuerit neceſſe. quam aquam ho-
norare debemus, ipſa enim eſt quā quærimus
ad album. Et hæc in hoc vltimo uolumine di-
cta ſufficiant de præparatione Iouis.

## De præparatione Saturni. 29

PRæparatur Saturnus ſic. ponatur ſimiliter in furno calcinationis mouendo, vt Iouem, donec conuertatur in puluerem tenuiſſimum, cribretur & reponatur ad furnũ. ſtet in igne ſuæ calcinationis per modum prædictum, donec fugitiua ſubſtantia & inflammabilis fuerit deleta. poſtea extrahatur calx rubea, quæ imbibatur & teratur frequentiſſime & minutiſſime cum ſale communi mundato, & atramento & aceto purificato & acerrimo. De iſtis uero ad rubeum utaris ſicuti ad album feciſti cum Sale communi, & alumine iameni & aceto. tunc multotiens vt de Ioue, deſiccetur & imbibatur & teratur, donec per beneficium dictorum dicta immundicia fuerit deleta. tunc apponatur de vitro cum his prædictis, & deſcẽdatur per bottrum barbatum corpus purum deſcendẽdo reductum. Iterum calcinetur cum Sale armoniaco puro, ut de Ioue, teratur ſæpiſſime & diſſoluatur per modum prædictum. Ipſa enim

eſt aqua Argenti viui & Sulfuris proportiona-
liter facta, qua vtimur in rubei elixir compoſi-
tione. Et hæc de Saturni præparatione dicta
ſufficiant.

De præparatione Veneris. 30

PRæparatur ergo Venus optime per hũc modum. Ponatur ſtratum de Sale communi optime mundato in crucibolo. & deſuper ipſius lamina, & deſuper ſalis ſtratum, & deſuper lamina, & ſic uiciſſim, donec uas fuerit plenum, & cooperiatur & lutetur, & collocetur in furno calcinationis per diem naturalem, deponatur & abradatur quod calcinatum fuerit & reponatur lamina cum Sale nouo, & ſic alternata uice calcinentur, donec omnes laminæ fuerint conſumptæ ſeu corroſæ per beneficium Salis & Ignis. quia Sal corrodit ſuperfluam humiditatem & ſulfureitatem combuſtibilem. Ignis eleuat ſubſtantiam fugitiuam & inflammabilẽ cum proportiõe debita. teratur omnino puluis ille minutiſſime & lauetur cum aceto, donec ni

gredine careat aqua exinde emanans.hanc alter na uice de Sale nouo & aceto imbibe & tere.& poſt contritionem ad furnum calcinationis in vaſe aperto reponatur.ſtetq́ ibi per tres dies na turales:deinde extrahatur & teratur bene & ſub tiliter , & abluatur cum aceto bene & diu , do- nec ab omni immundicia fuerit mundatum & purgatum .deſiccetur ad ſolem bene,tunc ap- ponatur medietas eius de Sale armoniaco be- ne & diutiſſime terendo . donec ſubſtantia im- palpabilis fuerit .ponatur ſub diuo, uel in reſo- lutionis fimo.donec quicquid ibi eſt ſubtile fue rit ſolutum,renouando Sal armoniacum mun- datum ſi fuerit neceſſe . donec aqua totum fiet. hanc aquã honora.aquam Sulfuris fixi nomina mus,cum qua tingitur elixir uſq́ ad infinitum. Et hæc ſufficiant de Veneris præparatione

De præparatione Martis. 31

MArtis præparatio per hũc modum me lius præparatur & calcinatur,quemad- modum Venus cum Sale cõi mũdato,

& cum aceto puro lauetur. lotus ad ſolem ſicce-
tur: deſiccatus iterum cum nouo Sale & aceto
teratur, & imbibatur, & ad eundem furnum po
natur per tres dies, vt de Venere factum eſt. ſo
lutum honora, aquam Sulfuris fixi mirabilter
colorem elixir augmentantem. Et hæc de im p
fectorum corporum præparatione dicta ſuffi-
ciant.

De perfectorũ corporũ maiori pfectiõe. 32

PErfecta vero corpora non indigent præ-
paratione, quantum ad perfectionem, cũ
perfecta ſint, ſed vt magis perficiãtur ſub-
tilientur & attenuentur. talis enim præparatio ē
adhibenda. Accipiatur Sol in laminas tenues p
ductus, & ponatur cum Sale communi optime
præparato ſolariatim in uaſe calcinationis, &
collocetur in furno, calcinando bene per tres
dies, uel donec totum fuerit conſumptum, &
ſubtiliter calcinatum, deinde extrahatur. multũ
bene teratur. cum aceto lauetur, & deſiccetur ad
ſolem. poſtea teratur bene cum medietate ſui

Salis armoniaci mundati, & ponatur ad diſſol- uẽdum. donec totum luerit per beneficium Sa- lis communis & armoniaci in aquam clariſſi- mam diſſolutum. Hoc fermẽtum eſt elixir per fectum præcioſum & verum corpus ſpirituale factum.

De Argenti ſubtiliatione & pfectione. 33

SVbtiliatur autem Argentum, & attenuať, & ad ſpiritualitatem reducitur per modum iam dictum. Ergo per omnia & ſingula fac in ipſa ſubtiliatiõe ſicut de Sole feciſti. Et aqua Lunæ diſſolutæ eſt fermentum ad elixir album ſpirituale factum.

Recapitulatio totius operis. 34

IAm imperfectorum præperationem, & p- fectorum ſubtiliationem ſufficienter deter minauimus, vt de eis quilibet diſcretus poſſit adimplere intentionem. Attendat ergo quis proprietatis actionis modos, ſeu compoſi tionis elixir maioris. Nos enim quærimus ſub/ ſtantiam vnam facere, tñ ex pluribus aggregatã

coadunatam fixam. quæ ſuper ignem poſita, eam ignis non exprimat, & liquatis permiſceatur, & liqueſcat cum ipſis, cum eo qđ eſt in ea de ſubſtantia ingreſſibili. & permiſceatur cū ea qđ eſt de ſubſtātia pmiſcibili, & cōſolidetur cū eo, quod eſt in ea de ſubſtantia cōſolidatiua. & figatur cum eo, quod eſt in ea de ſubſtantia fixatiua. & non comburatur ab his quę non comburunt Aurum & Argentum. & afferat conſolidationes cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breui tempore intelligas, ꝙ paucis diebus uel horis poſſit prima uice cōſtitui. Sed quia reſpectu aliorum medicorum modernorum, reſpectu etiam operationis naturæ hæc ueritas citius terminatur. Vnde dixit philoſophus, medicina eſt, cuius tempus longū ſpacium anticipauit. quare uobis dico, ꝙ ſubſtineatis patienter, quia forte moratur. & feſtināntia quidem ex parte diaboli eſt. Ergo qui paciētiam non habet, ab opere manum ſuſpendat, quia impediet eum feſtinantem credulitas. Om

nis actio naturalis ſuum habet modũ, & tẽpus
terminatum, in quo maiori & minori ſpatio
terminatur. Ad hanc tria neceſſaria ſunt. patiẽ
tia, mora, & inſtrumentorum aptatio. de qui-
bus in Summa noſtri perfecti magiſterii artifi-
cem allocuti ſumus in capitulis diuerſis, in qui
bus experiri poteſt, ſi in noſtris dictis fuerit ſuf
ficienter inueſtigatus, in quibus manifeſta pro-
batione & aperta, concludimus lapidem noſtrũ
nihil aliud eſſe, q̃ ſpiritum fetentem, & aquam
viuam, quam & ſiccam aquam nominauimus
& per naturalem proportionem mundatam, &
vnitam unione tali, ꝙ ſibi nec abeſſe poteſt, qui
bus addi debet & tertium ad opus abbreuian-
dum, hoc eſt corpus perfectum attenuatum. Ex
pręmiſſis igitur patent res, in quibus ueritas eſt
propinqua. & perficientes ipſum opus. inue-
ſtigatione uero noſtra, qua certi ſumus. & per
experientiam manifeſtam conſiderauimus om
nia uerba uera eſſe, quę iam per nos ſolos in no
ſtris uoluminibus ſcripta ſunt. ſecundum ꝙ ui

dimus per experimentum & rationem in volu-
minibus iſtis redacta. Ea vero quę per noſtram
experientiam digitis extraximus, & uidimus
oculis, & manibus tetigimus, ſcripſimus in Sū-
ma noſtra perfectionis magiſterii. Sapiens er-
go artifex in noſtris ſtudeat uoluminibus: col-
ligendo noſtram diſperſam intentionem, quā
in diuerſis locis propoſuimus, ne malignis ſeu
ignaris publicetur, & collectam probet, donec
ad cognitionem ſtudendo, & experimentan-
do, cum laboris ingenioſi inſtantia peruenerit
totalem. exerceat ergo ſe artifex & inueniet.
Cuius iam modum inueſtigationis commo-
tus amore, a viſceribus propter uos, per no-
ſtram conſiderationem, ueritatis cognitionem
etiam dare plenariam perficientis & corrum-
pentis materiæ & formæ conſideramus, inueſti
gationem noſtram perfectorum & materiam
cum forma a radice ſuæ commixtionis uſq; ad
complemētum puram eſſe ſine corruptione ſu
pernæ mentis aliqua. Conſiderauimus a con-

trario ſenſu imperfectorum ſubſtantiam unam eſſe ubiq;, ſcilicet Argenti viui & Sulfuris quæ ante commixtionem eorum pura ſunt & munda. Et per hanc conſiderationem, per noſtrum exercitium inuenimus corruptionem imperfectorum accidentaliter ſuperueniſſe. quæ materia nouam & corruptam dedit formam.

Libri Inueſtigationis magiſterii Geberis philoſophi perſpicaciſſimi ac Indiæ Regis finis.

## Teſtamenti Geberis philoſophi perſpi-cacíſs. ac Indiæ Regis. De Salibus Animalium/Piſciũ/Volatiliũ Vegetabilium/& alio-rum. Cap. i.

EX omnibus rebus/etiam ex animalibus, piſcibus, & uolatilibus poteſt fieri Sal, ipſis combuſtis & in cinerem redactis, fixũ: eo modo quo fit Sal de cineribus lignorũ, uel de calce lapidis, Et ſi res fuerit naturaliter rubea ſicut eſt ſanguis: eius ſal naturaliter erit rubeũ Sed harum rerum combuſtio debet fieri in uaſe clauſo, & ſi fuerit ſanguis, primo deſiccetur, & non eſt malum ſi in octo partibus ſoluas partes duas ſalis cõmunis calcinati in fornace quacunq;. Deinde deſicca, & poſtea cõbures in furno uitriariorum, uel figulorum, ſiue reuerberationis per diem & noctem, uel interpellatim p dies duos abſq; noctibus. Quod ſi fuerint carnes alicuius animalis, quæ ſiccari non poſ-

ſent,tunc in uaſe bene lutato ne reſpiret, per duos dies naturales ſine aliquo ſale combure, Et poſt combuſtionem in quadruplo ſui aquæ pluuialis decoque uſq; ad conſumptionẽ duarum partium cum dimidia. Deinde fac pauſare & diſtilla per filtrum donec fiat aqua clara ſine aliqua turbulentia ,deinde congela lento igne, uel quod melius eſt ad ſolem, & habebis ſal animalis quod ſupat alios in uirtute fuſiua . Deinde reſolue in duplo ſui aquæ pluuialis, & pone huiuſmodi ſal ſub fimo per ſeptimanam & erit acutum. Demum congela ut dictum eſt, uel fac ſine fimo, & poſito ſuper metallum ſi ingreditur illud: Sal animalis eſt bonum, ſi autem non, reitera eius ſolutionem & congelationem ,& eius efficacia declarabitur tibi per experientiã. Scias ꝙ Sal totius talpæ combuſtæ congelat Mercurium ,& Venerem conuertit in Solem, & Martem in Lunam . Quidam tamen operantur cũ eius puluere tantũ apponendo eius duplum inter Sal animalis, & Sal nitri.

## De Salibus Metallorum.

EX metallis etiam fiunt ſales poſt ipſorũ calcinationes, & ſi ſales habent uim penetratiuam & fixatiuam ratione ſubtiliationis & acuitatis ſuæ ex eo ꝙ ſunt de rebus fixis & diu calcinatis in igne. Verum quia metalla diuerſimode calcinantur in igne, videndum eſt primo de calcinatione illorum quæ ſunt ad rubeũ, ſicut Sol, Venus, Saturnus, & Mars. Demũ de illis q̃ valẽt ad albũ, vt Luna, & Iupiter.

## De Solis Calcinatione.

CAlcinatio Solis fit in uaſe aperto in furno vitriariorum in decem diebus continuis, vel in .xx. diebus, in fornace reuerberationis in tribus diebus. Demum extrahe ſalem eius cum aqua pluuiali diſtillata per alembicum ſemel uel bis decoquendo in uaſe cupreo, & ſit aqua in quadruplum ad calcẽ, demũ

congela: & ſi iterum calcinaneris calces deal-
babuntur in tribus diebus in furno reuerbera-
tionis. Nec mireris de hoc, quoniam omnis
res rubea amota ſua tinctura remanet alba: quia
ſub rubedine albedo manet occulta, ſed non
conuertitur. Et propterea quia albedo eſt ſub
rubedine, dico ꝙ ſi per decem dies ſolum eas
feces calcinaueris ſine aliqua admixtione, & de
mum vt de ſale dictum eſt, Sales extrahas, po-
ſtea feces ſuas in terram a ſale remanentes ite-
rum calcinaueris, conuertentur in albedinem.
Et ſi eas reduxeris: erit Argentum viuum ue-
rum. Dico ergo ꝙ ſi ſalem Solis fecibus ſuis in
albedinem conuerſis reddideris, fit elixir tam
ad tingendum, q̃ ad conuertendum Argentum
uerum in Aurum, & ad tingendum æs præpa-
ratum & Plumbum.

## De Veneris Calcinatione.

VEnus calcinatur in vaſe aperto per dies
xxxv. immo per duos menſes in vaſe

vitriariorum: & remanet tunc ſola eius tinctura rubea in ſpecie ſanguinis. De qua extrahe Salem vt de ſole dictum eſt, & fiet elixir. Et ſcias ꝙ ſal cuiuſcunq; metalli debito modo factus figit & tingit Mercuriũ & mutat de colore in colorem, & de ſtatu in ſtatum rõne ſuæ acuitatis.

## De Saturni Calcinatione. 5

SAturnus calcinatur in citrinum colorem in furno reuerberationis, & eſt melius in vaſe clauſo, uel furno vitriariorum. Qui quidem in .xv. uel in xxxv. purgant a ſua nigredine Dimitte ergo ipſum in fornace per duodecim dies alios. Quod ſi per duos menſes perficiet ſe ipſum crudum purgatum uel nõ purgatum, & habebit citrinitatem accedentem ad rubedinem, & fac de eo ſalem vt de Sole dictum eſt: & cum hoc ſale tinges Lunam in optimum Solem, & aſcendet pars una ſuper quinq; partes Mercurii, & pars vna Mercurii cadet ſuper .x.

partes Lunæ, & iſtius pars una ſupra .I. partes Lunæ. De fecibus fac ut de aliis dictum eſt. Et iſte ſal eſt acutiſſimus & reſtrictiuus cuiuſlibet rei volatilis.

## De Martis Calcinatione.

MArs calcinatur ſi fuerit limatus cũ aceto rubeo imbibitus & deſiccatus ad bonum ignem uel interpellatim, & poſt in furno reuerberationis, uel vitriariorum cõburatur diebus.xxx. & de eo fac ſalẽ vt de aliis dictum eſt: Sal extractus de calce Martis, & ad ſolem congelatus, & iterum per ſe ſub fimo ſolutus, & poſt ad ſolem congelatus, ſi pars una ipſius componatur ſuper duas partes Mercurii bene loti in ampullam bene clauſam per dimidium diem in cineribus calidis, congelat Mercurium in puluerem, qui puluis fiet rubicũdior fortiori igne adhibito: & mortificat alium Mercurium viuum ſimili modo. Quem Mercuriũ

poteris imbibere cum aqua in qua ſoluiſti calcem Martis, & demum calcem Auri.

## De Lunæ Calcinatione.

LVna calcinatur per quinq; dies in prædictis fornacibus, & demum cum ſale alkali, ſed debet prius per fuſionem eſſe purgata, & poſtq̃ rem feceris, tingit Mercurium in album fixum, cum quo Mercurio operare ut prædictum eſt ſuper quocunq; metallo & dealbabit albedine fixa & permanente. Potes autem multiplicare ſuper mercurio ad album meliuſq̃ ad rubeum, quoniam pars una iſtius ſalis tingit xl. partes Mercurii per multiplicationem proiiciendo Mercurium tinctum ſuper nõ tinctum. Sed non ſic ad rubeum, quia maiori indiget medicina ut tranſmutetur a natura q̃ ſuper addatur naturæ. Et huius Mercurii pars una ſuper. x. partes ęris dealbati & mollificati cõuertit in Lunã.

## De Iouis Calcinatione.

IVpiter inter alios planetas beniuolus eſt, Calcinatur in uaſe clauſo in prædictis fornacibus, ſcilicet vitrariorum, uel reuerberationis, & eodem modo quo ſupra. Sal autem fit ex eo cum aqua pluuiali, uel alia diſtillata per alembicum. Sed iſtum ſalem inuenies præ ceteris acutiſſimum ad congelandum Mercurium, & maioris efficatiæ, q̃ ſit ſal de Luna, propter maiorem decoctionem, & quia viuum Mercurium continet. Vnde & maior pars eius ſublimatur: & cum ſale communi, & ſale nitri ſublima, & citius perficietur q̃ Mercurius, nec erit minoris efficaciæ, quia Iupiter fuit Mercurius in ſui minera in principio ſuæ creationis. Feces vero quæ remanſerunt calcina in vaſe ſublimationum, & fac inde ſalem ut dictum eſt. Et ſimiliter operare de Saturno quia etiam aliqua pars eius ſublimatur. Et de fecibus fac ut ſupradictũ eſt de toto ipſo. Nota tamen ꝙ ſi Saturnus &

Iupiter calcinentur per diem unum in furno re uerberationis ſicut faciunt figuli, poſtea ille pul uis in calcinatione citius perficietur tam ad fa- ciendum ſalem, quam ad faciendum ea q̃ infra dicentur. Quapropter ſciendum eſt ꝙ unum quodq; metallum non ſolum in ſalem ut dictũ eſt, ſed etiam in uerum Solem & ueram Lunã poteſt per calcinationem conuerti. Saturno qui dem calcinato per .xx. dies in fornacibus prædi ctis. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ furnus vitra- riorum melior eſt ad hoc opus, ſed furnus re- uerberationis eſt utilior ad faciendum ſalem. Nec credas quod ſi aliquod metallũ factũ calx ſteterit in tali igne per .xx. uel. xxii. dies ad plus ꝙ aliquid eius fugitiue ſubſtantiæ poſſit rema nere. Et vt conuertat in verum Cambar metal lum ulterius ipſum in igne tibi tenere nõ expe dit. Et tunc apparet ꝙ re uera in ſuo profun- do eſt Aurum, ſed a latere Argentum.

De Marte.

MArtis vero limaturam .x.diebus imbibitã calcina per.xii.dies.Sed tutius eſt ipſum calcinare per.xviii.vel .xx.dies. Et habes opus perfectum ad Aurum.Et contingit virtute calcinationis & fuſionum cum rebus mollificantibus.

## De Luna.

LVna in ſuo profundo eſt Aurum, ſed in ſe vt uidetur continet tincturam albedinis quantumcunq; in igne permaneat, niſi forte multis diebus calcinetur .& demum extracto ſuo ſale ,feces eius ſi calcinarentur forte non eſſet impoſſibile quin in rubeum conuerterentur . Cum tinctura aliena tamen mutatur, non per ſe, ſed propter adiutorium.

## De Ioue.

IVpiter uero ſeptẽ diebus calcinatus, & demũ cũ ſale nitri, uel alcali, & albumine oui,

& ſale armoniaco, & ſapone molli, & borace de petra reductus, erit Argentum verum: quoniam ipſe eſt Argentum, ſed modico tempore decoctum. Vnde ſine alia medicina tantum poterit ſtare in igne, ꝙ reperietur uerſus in verũ Argentum. Circa hoc etiam nota ꝙ calcem cõuertendam iu Aurum reducas cum uitellis ouorum, uel eorum oleo & tartaro rubeo, quia tartarum multum ualet in reductionibus & fuſionibus corporum. Alumen uero & tartarũ albũ debent poni in reductionibus ad album.

Item nota ꝙ omnis medicina perfecta continet has quiq; uirtutes, quia ꝑ minima penetrat mollificat, tingit, ueraciter fixat, & purgat. & has uirtutes cõtinet Mercurius cũ ſale Auliar fixatus. Itẽ oẽs ſales tam animaliũ ꝗ metallorũ eandem habẽt efficaciã, maxime cõiuncti cũ Mercurio. Dictum eſt ꝙ unumquodq; metallum cum bene calcinatum fuerit, facit ſalem ſicut faciunt cineres, & lapides, & calces. Et ꝙ cũ illo ſale Mercurius perfecte tingitur. & ꝙ ille Mercurius eſt

qui tranſmutat omnia corpora, quemadmodũ ipſe tranſmutatur, quod eſt maximum ſecretũ. Et apparet ꝙ calcinatio corporum eſt breuior uia ad perfectionem.

Circa Iouem tamen notandum eſt, ꝙ in ſe deficit, non quidem uitio ſulfureitatis: ſed quia participat humiditatem non fixam, quam contraxit a Mercurio patre ſuo. Vnde in calcinatione ad ſuam perfectionem indiget tẽperato igne, quia aliter nimis conſumeretur. Temperata autẽ decoctio inſpiſſat humiditatem: & inſpiſſatio cõſumit. Et ideo hæc decoctio fiat cum ſecatura lignorum, & ſub terra debet poni: & deſuper cinis: Et poſtea fiat ignis deſuper. Et hoc tene ſecretum.

## De Saturno.

IDem dico de Saturno ſi uelis ipſum Lunificare. Se ĩ ſecus eſt ſi uelis ipſum Solificare, quia hoc non fit niſi per maximum ignem

& rubificatur & tranſmutatur.

## De Marte.

MArs uero quia habet ſubſtantiam fixã, eſt inter cętera corpora melior eſt tamẽ longi laboris propter nimiam ſui ſiccitatem. Sed ſi poſſes ipſum deducere ad albedinem & mollitiem Argenti, fieret firmus & fixus in omni iudicio, quia nec timet cineritium. Stude ergo in eo, & limaturam eius funde cũ Arſenico Euforbio & Tartaro calcinato, & ſale alkali facto de alumine de rabia, quod in multis locis appellatur alumen gattinum, eo ꝙ gattæ in eo iuxta ignem libenter dormiunt, & cito fundetur, & omni vice extinguatur in oleo Tartari. Et cum Mars leuiter funditur per ſe ſine adiutorio alterius rei, habebis optatum. Et ſcias ꝙ multum ualet fundere cum calce facta, quia calx fundere facit lapides.

## De calce Saturni, Veneris, & Martis.

NOtandum circa calcem factam Saturni, Veneris, & Martis, ꝙ tantum volũt calcinari, ꝙ nullo modo poſſint in corpus reduci, nec plus diminui, nec plus mutari de colore in colorem, & ꝙ ſit calx acutiſſima, Et tunc ſales ipſorũ ſtant, Quos ſępius ſolue ſub fimo, & coagula ad ſolem donec fiat quaſi oleũ, Tunc fixabit omnem Mercurium, & in illo Mercurio alium Mercurium vſq; ad infinitum.

## De Salibus metallorum.

NOta ꝙ ſi ſales metallorum commixtos Mercurio per ſublimationem, & ſalem armoniacum, & demum ſub fimo ſoluas, & ad ſolem congeles, & ſolutionem & congelationem iteraueris ter vel pluries, congelabis Mercurium crudum lotum, & hoc multiplicare poteris in infinitum.

## Item de Salibus metallorũ. 16

SAl igitur Metallorum extrahas cum aqua dulci diſtillata uel cum aqua uitę per bullitionem: congela ad ſolem, & iterum perſolue ſub fimo in aquam, & per lanam diſtilla, & congela. Huius pars una Centum partes Lunæ uel Saturni tingit perfecte.
Item eius pars una fixat Mercurii crudi partes quinq; & quælibet pars eius tingit Centum.

## Item de Salibus Metallorum.

QVidam dicũt ꝙ Sal extractum a Metallis eſt calcinandum. Itẽ nota ꝙ melius eſt ſal extrahi a corporibus calcinatis cum urina diſtillata prius decocta & diſpumata, uel cum aqua uitæ de uino albo in calcibus albis, in rubeis cum aceto diſtillato. Deinde coniunge Sal cum Mercurio ſublimato a ſale armoniaco.

Item nota ꝙ circa ſal Metallorum & circa cal- ces eorum, non habes aliud laborare, niſi ꝙ des eis ingreſſum.

Item nota ꝙ ſiue cum aqua diſtillata, ſiue cum aceto diſtillato, Sal a calcibus rubeis extrahas, quod ad ſolem vel ad ignem ſuauiter congeles, & per ſe ſoluas aquam: cum aqua illa decoque igne lento in urinali deſuper clauſo Mercuriū uiuum lotum, & ſub fimo ſolutum, vel cū aqua prædicti Salis & Mercurii, modo prędicto ſol- uas cum calce Auri.

Item nota ꝙ Saturnus purgatur cum aqua fa- cta de Mercurii parte una, & Arſenici parte una. Sit tamen quodlibet per ſe prius ſublima- tum. Et poſtea ſimul cum ſale armoniaco, quod ſit duplum ad iſta, & demum ſoluantur, & in aqua Aluminis ſæpius extinguatur. Et ſimiliter Iupiter, & alia Metalla pungantur cum eadem aqua non appoſito Arſenico.

## De Mercurio Iouis.

NOta de Mercurio Iouis, & eius ſublimatione, quæ forte ſublimatur cum ſale nitri. Tenta Iouem ſic ſublimare. Recipe de eo vncias.iii. quas amalgana cum tribus vnciis Mercurii, & ſalis armoniaci vnciam unã, & calcis corticum ouorum, vel gipſi. vncias.iii. ſublima ſimul aliquantulũ. Deinde quod in fundo vrinalis reſidet pòſt ſublimationem, reducatur in corpus, cui aſſocia Argentum ſi vis.
Item nota ꝙ Sal Metallorum reſolutum, diſtillatum, & ad Solem congelatum, dat congelare Mercurium in Crucibulo.
Item Sal Metallorum dat ſoluere Mercurium in aquam ſub fimo. Et illud mixtum coagulatum erit perfecta medicina.

Teſtamenti Geberis Philoſophi de Metallorum trnſmutationibus finis.

## Liber Triuu verborum kallid acutiſs.

### De qualitate Lapidis philoſophici. Cap. i.

LApis iſte de quo fit hoc opus habet in ſe omnes colores. Eſt eniꝫ albus, rubeus rubicundiſſimus. citrinus citriniſſimus, cęleſtinus, uiridis, grauis. In lapide iſto ſunt quattuor elementa. Eſt enim aquaticus, aereus, igneus, & terreus. In lapide iſto in occulto eſt caliditas & ſiccitas, & in manifeſto frigiditas & humiditas. oportet ergo nos occultare manifeſtum, & id quod eſt occultum facere manifeſtũ Illud autem ꝙ eſt in occulto, ſcilicet caliditas & ſiccitas, eſt oleum, & iſtud oleum eſt ſiccum, illa ſiccitas tingit & non aliud, quia alkale & non aliud tingit. Illud quod eſt in manifeſto frigidum & humidũ: eſt fumus aquoſus corrũpẽs oportet ergo vt illa humiditas & frigiditas ſit

compar caliditati & ſiccitati,ita vt nō fugiat ab igne,quia inter illam frigiditatem & humiditatem eſt una particula calida & ſicca,oportet ergo ꝙ frigidum & humidum recipiāt caliditatē & ſiccitatem quod erat in occulto, & fiant una ſubſtantia. Illa autem frigiditas & humiditas eſt fumus corrumpens & aquoſus,de quo dicitur ,ꝙ humiditas aquoſa & aduſtiua corrumpit corpus & tingit in nigredinem.Iſtas ergo infirmitates oportet deſtruere in igne & per gradus ignis.

## De lapidis ipſius proprietate. Cap.ii.

HIc eſt liber trium verborū,liber lapidis prçcioſi,qui eſt corpus aereū,& uolatile,frigidum & humidum aquoſum & aduſtiuum,& in eo eſt caliditas, ſiccitas,frigiditas & humiditas. alia uirtus eſt in occulto, & alia in manifeſto.Quod ut illud quod eſt in occulto fiat manifeſtum.Et illud quod eſt manife-

ſtum fiat occultum per virtutem dei & calidita
tem, vt ſiccitas, Dicunt enim philoſophi perſe
quod frigiditas & humiditas aquoſa & adu-
ſtiua non eſt amicabilis caliditati & ſiccitati. qa
caliditas & ſiccitas deſtruit frigidum & humi-
dum aquoſum & aduſtiuum virtute diuina. Et
tunc mutatur ſpiritus iſte in nobiliſſimum cor
pus, & non fugit ab igne & currit vt oleum,
quod eſt tinctura viua multiplicatiua, pondera
tiua, coloratiua, declaratiua, conſolidatiua, pul-
cherrima, ingreſſiua, perſeruatiua, atq; perpe-
tua frangitiua, & eſt tamen Sol precioſus.

## De occulta caliditate & ſiccitate in humi do et frigido exiſtentibus. Cap. iii.

OPus mirabile trium verboruꝫ, eſt opus
lapidis precioſi, in quo eſt frigiditas &
humiditas aquoſa & aduſtiua, & in eo
dem occulta caliditas, & ſic illud quod eſt de tri
bus verbis legitur & aliter a quibuſdā intelligi

tur, vt omnes clare & aperte nõ intelligant cau
ſam in tribus verbis hoc inquiritur in humido
& frigido, in quo eſt occulta caliditas & ſicci-
tas, & hoc ſcire nos oportet, vt faciamus de ma
nifeſto occultum, & de occulto manifeſtum, &
iſtud occultum eſt de natura Solis & Ignis, &
eſt precioſiſſimum oleum omnium occultorum,
& tinctura viua, & aqua permanens, quæ ſem-
per viuit & permanet, & acetum philoſopho-
rum, & ſpiritus penetratiuus, & eſt occultũ tin-
gitiuum, aggregatiuum & reuiuificatiuũ, quod
rectificat & illuminat omnes mortuos, & ſur-
gere eos facit poſtquam non fugit ab igne eius
caliditas & ſiccitas, Sed frigiditas aquoſa & adu
ſtiua fugit ab igne & deſtruit ſe.

De conuerſione ſpiritus in corpus
& corporis in ſpiritum. Cap. iiii.

VT igitur omnia manifeſtemus. ſ. occul-
tuz huius humidi & frigidi ſpiritus iſte

vertatur in corpus, & hoc corpus in ſpiritum, & iterum ſpiritus iſte fiat corpus, & tunc facta eſt amicitia inter frigiditatem & humiditatem & caliditatem & ſiccitatem, Vnde dicunt philoſophi perſæ ꝙ mirum eſt quomodo hoc fiat, ſed virtute dei fieri poteſt cum molli temperamento & moderatiuo termino ignis. Et huius lõgitudinis dierũ duorũ & ſeptẽ. Nam a tribus duo intelligũtur & a duobus quinqꝫ tria nõ intelliguntur. Et hæc ſunt tria verba precioſa occulta & aperta, data non prauis, non impiis, nõ infidelibus, ſed fidelibus & pauperibus a primo homine vſqꝫ ad vltimum.

## De planetarum & eorum imaginũ operibus in Mercurio exiſtentibus Capitulum quintum.

DIco ergo ꝙ in Mercurio ſunt opera planetarum, & eorum imaginationes in ſuis locis, ſicut in fetu ſuis partibus &

temporibus operantur. Nam in fetu primo mẽ
ſe cum ſemen a matrice acceptum eſt, Saturnus
operatur, congelando & conſtringendo ſua fri-
giditate & ſiccitate ipſam materiam in unã maſ
ſam. Secunndo menſe operatur Iupiter ſua ca-
liditate & humiditate digerendo in quandã maſ
ſam carneam, quę embrio uocatur. Tertio men
ſe operatur Mars agens in materiam & ſua cali
ditate & ſiccitate diuidit & ſequeſtrat illam maſ
ſam, & membra diſponit. Quarto menſe Sol
ut dominus immitit ſpiritum & ſic incipit uiue
re. Quinto menſe operatur Mercurius, qui fora
mina & ſpiracula facit. Sexto menſe Venus diſ
ponit, & ordinat ſupercilia & oculos, teſticulos
& ſimilia. Septimo menſe Luna ſua frigiditate
& humiditate laborat ad expellendũ fœtum. &
ſi tunc naſceretur uiuere poſſet, ſi uero nõ naſci
tur tũc debilitatur: & iterum Saturnus Octauo
menſe ſua frigiditate & ſiccitate incipit operari
tunc conſtringendo ipſius fœtus acceptionem
in matrice, & ſi tunc naſceretur uiuere non poſ

ſet. Nono mēſe Iupiter iterum operatur & ſua caliditate & humiditate: iterū nutriendo reducit uires ipſi fœtui: & ſic completo nono menſe naſcitur & bn̄ uiuit. Et hæc ſunt uerba uera. Aqua fœtum tribus menſibus in matrice conſeruat. ignis totidem cuſtodit. Aer quoq; tribus menſibus fouet: qui totidē complet qui fouebatur ſanguis in vmbilico qui ingrediebatur præcioſus ad maternas condeſcendentes mammas. Ibiq; poſt partus anguſtias niuis candorem aſſumit. Infanti vero nunq̄ patebit egreſſus quouſq; aereos flatus exhauriat. Egreſſus tandem os aperit & lactatur.

## De obſeruatione planetarum in opere Alchimię. Cap. vi.

AB iſtis tribus menſibus oportet nos intelligere, & cum acuto ingenio ſcire & cōponere ac extrahere duo, nam a duobus non intelliguntur tria: ſed ab iſtis tribus intelli-

guntur duo & ſeptem. Vnde omnes qui cupiũt ſcire hanc artem, acuãt ingenium ſuum ad aperiendum theſaurum ex tribus uerbis, in quibus occultatur tota præpatatio & uirtus lapidis, in quo eſt caliditas & ſiccitas, quæ ſiccitas eſt oleũ viuum, & tinctura uiua, & eſt ſiccitas tincta & profunditas tincturarum, & hoc eſt calidum & humidum cõiunctiuum. Omnes autem a principio hoc uidentes cognouerũt de uerbo, quod dictum eſt: & qui audierunt de tribus uerbis mirati ſunt ualde, quorum hæc eſt expoſitio quia ſic a principio conceptionis vſq; ad natiuitatem infantis: quilibet planeta ſuo loco dat imaginẽ virtute diuina ſic creante: ita ego Rachaidebi dico: & verum eſt ꝙ ĩ omnibus operibus alchimicis quilibet planeta ſuo loco ſuam facit imaginem uſq; ad complementum operis. & tunc naſcitur Alchimia artificioſe. Sed ſi uerius dicam naturaliter naſcitur ſecundum omnes planetas ſicut deus oſtendit protoplauſto hominis naturaliter habens naturam omnium tincturarum.

& ſic naſcitur Mercurius habens in ſe quattuor elementa: & naturas omnium tincturarum, ſecundum ſuos gradus: & in hoc opere Alchimię multi errant, & pauci perueniunt ad finem. Nā in hoc opere eſt ſaltus Lunæ, & circulus Solis, ad gradus tres. Primus debilis. Secūdus firmus. Tertius pfectus, & termini tres. Primus qn̄ Sol intrat in Ariete, & ē in ſua exaltatione. Secūdus quando Sol eſt in Leone. Tertio quādo Sol eſt Sagittario. Circulus autē Solis eſt viginti octo annorum. xix. annorum in his mineris & aliis qui in tabulis Alchimiæ ſunt, completur Alchimia. Nam numero ſaltus Lunæ inuenimus gradus, a nouem gradibus vſq; in duodecim gradibus, & ab vno in duos gradus. clxiii. uſq; ad xxiiii. & c. vii. in circulo Solis inuenimus. Intellige ergo quia ſecudum iſtos gradus completur opus Alchimiæ.

## Expoſitionis Trium uerborū. Cap. vii.

REdeamus nunc ad expoſitionem Triũ verborum, in quibus tota ars conſiſtit. Aqua enim dicitur tribus menſibus fętum in matrice cõſeruare. Aer tribus menſibus fouet. Ignis totidem cuſtodit. Hoc totum dictũ eſt de Mercurio per ſimilitudinem. Et uerbum iſtud & ſermo iſte, & terminus obſcurus: eſt aptus ad intelligendum uetum. Nam & alia natura eſt in muliere pręgnante, & alia in Mercurio tamẽ per ſimilitudinem caloris qui in matrice inuentus eſt: æſtimatus eſt ignis qui eſt triginta duorum graduum. Vnde iſtud tertium verbum de quo dicitur, ignis totidem cuſtodit, obſcurũ eſt, & multi errãt in eo, & intrant terram regionem neſcientem, quia a tribus accipiunt duos gradus, & ab iſtis duobus gradibus extrahuntur reliqui gradus, & in. xxxii. particulis Craticulæ partitur libellus, & in iſtis gradibus expletũ eſt uerbum tertium totum, de quo dicitur totidem Primus gradus complet aquam & aerem. Secũdus gradus complet totum hoc quod diximus

& totidem. & hoc eſt donum dei.

## De gradibus ignis. Cap. viii.

PHiloſophus Regis perſarũ & principis Romanorum dixit, ita diuide tria verba in duas partes, & iterum iſtæ duæ partes diuidantur in duas partes, & ſuper illa duo diuidãtur. xxxii. gradus, qui ſunt termini ignis, & dicuntur particulę ignis, & hæc inueniuntur a partitionibus archę quæ diuidit̃ in. xxxii. partes, & dicuntur almec, Omnes iſti gradus ſparguntur ſuper primas duas partes, quæ ſunt termini duo, & partiti in. iiii. partibus. xxxii. gradus partiuntur ſicut primus gradus eſt particula ignis vna albechir, & eſt ſola & ſimplex, & dicitur quaſi nulla, & ꝙ eſt leuis ignis, & cum iſto igne incipimus comprehẽdere Mercurium ad rubeum, cum ad mortem ducũt magiſtri perſarum per ſubtilitatem ingenii, & ita complẽtur verba duo in. vi. maenchen. Poſt hæc expletur

verbum tertium, quod eſt obſcurum, & in quo multi errant, & perdunt ſenſum ſuum. Philoſophus Regis perſarum dixit, Diuidamus iſtud verbum per medium. Medietas eſt ex tribus maenchen, & iſta medietas regitur cum duobus gradibus, qui ſunt duę particulę ignis, & ita explentur iſta tria verba in.xxii.maenchen, & hic eſt primus terminus, & eſt ſine errore. Secundus terminus eſt de.xvi.maenchen, & regitur cum octo ignis gradibus. Tertius terminus eſt de.xx.maenchen, & regitur cum.xvi.gradibus ideſt particulis ignis. Quartus terminus eſt de.xxiiii.maenchen, & quattuor diebus, & regitur cum.xxxii.ignis gradibus, qui ſunt particula ignis. Dixit Radianus & omnes philoſophi perſarum, Laudetur deus, & ſanctum, nomen eius, quia hoc dictum eſt de temperato igne ſuper verbis tribus de natura mulieris impregnata, ad exemplum ignis ꝙ oportet in Mercurio, Diuidũtur omnes iſti duo termini, quilibet per mediũ, qui ambo ſunt.xxiiii.manahen, &.vii.

diechen, & in fine primi termini aperi theſau-rum, proiice quod inueneris, quod ſi ſalierit, & fumum emiſerit ſuper rubeam laminam, nō dum factum eſt, Reduc ergo ad ignem de.xvi. qui habet in ſe octo ignis gradus, & iterū aperi theſaurum, & pone ſuper rubentem laminam, & vide ſi ſalierit & fumum fecerit, quia nōdum factum erit. Reduc ergo ad ignē de.xx. qui ha-bet in ſe.xvi. gradus. Iterum aperi theſaurum, & ſi adhuc fumum fecerit, non dum coctū erit. Reduc ergo ad ignem de.xxiiii. maenchen, & quattuor diechen, qui habet in ſe.xxxii. gra dus ignis, & modo factus erit fuſibilis precioſus la-pis viridis, ſiue aureus, ſiue ialneus, ſiue rubicū-dus. In hac hora laudetur deus, & ſanctum no-mē eius, quod eſt benedictum ſuper omne no-men, de hoc ſuo ſancto dono.

Libri Trium verborum kallid Rachaidibi philoſophi finis.

## Auicennæ De congelatione & conglutinatione lapidum. Cap.i.

TErra pura lapis non fit, quia continuationem non facit, ſed diſcontinuationem , Vincens enim in ea ſiccitas non permittit cõglutinari eam:Fiunt autem lapides duobus modis,conglutinando & congelando · In quibuſdam enim eſt dominans terra: In aliquibus vero aqua : Aliquando enim deſiccatur lutum primum,& fit quoddam quod eſt medium inter lutum & lapides, deinde fit lapis , Lutũ vero huic trãſmutationi aptius eſt viſcoſum : Quod enim continuatiuum eſt . In ripis quoq; Geon viſa eſt terra,quę videtur in lapides conuerti in ſpatio·xxxiii·annorum: De aqua autem fiunt lapides duobus modis , Vnus eſt ꝙ congelatur aqua guttatim cadẽs , Alius ꝙ deſcẽdit de aqua currenti quiddam,quod reſidet in ſuperficie fundi aquę illius,fitq; lapis:Sunt enim certa loca ſu

ꝑ quæ aquæ effuſæ cõuertuntur in lapides, qui diuerſorum colorum ſunt, & aquę quæ ſurſum acceptæ nõ congelantur, quæ ſi prope alueum ſuum fundantur congelantur, fiuntq́ lapides. Scimus ergo ꝙ in terra eſt vis illa mineralis quę congelat aquas: Principia igitur lapidũ vel fiunt ex ſubſtantia lutea, vel viſcoſa, vel ex ſubſtantia in qua aqua vincit, quę virtute quadam minerali congelatur: vel vincit in ea terra faciens eam coagulari: Eodem modo Sal armonia cum congelatur, ſed nõ ſufficit ad ſalem vis terrea permutare: ſed adiuuat ipſum calor. Calor autem adueniens coagulat ipſum virtute occulta: & fortaſſe fit ex terra frigida ſicca/ & ex aqua fit terra/cum vincunt ei qualitates terrę/ & ecõuerſo. Eſt autem res quędam, qua vtuntur quidam ingenioſi cum volunt rem ſiccam coagulare/ quę componitur ex duabus aquis/ & dicitur lac virginis/quod eſt eius effectus certiſſimus: Fiunt ergo lapides ex luto per calorem ſolis/ vel ex aqua coagulata virtute terrea ſicca/vel ex

aqua calida deſiccata: Similiter quoq; quædam vegetabilia, & quædam animalia conuertuntur in lapides virtute quadam minerali lapidificatiua, & fit in loco lapidoſo: uel diſcõuenientia ſubita quadam virtute, quæ exit a terra in hora terremotus, quæ conuertit in lapides quod conſequitur in illa hora hæc tranſmutatio corporum & animalium vegetabilium, & quæ propinqua eſt ut trãſmutatio aquarum. Eſt autem impoſſibile q aliquod complexionatum totum conuertatur in unum elementũ, quia elemẽta & elemẽtata tranſmutata ad inuicem tranſeunt ſic in dominans. Vnde quod cadit in ſalinas fit ſal: & quod in ignem, fit ignis, ſed quædam citius & quædam tardius, ſecundum potentiam actiuarum, & reſiſtentiam paſſiuarum. Eſtq; locus in Arabia qui colorat omnia corpora in eo exiſtẽtia ſuo colore. Panis prope toratem in lapidem conuerſus eſt, remanſerat tamen illi ſuus color. Sunt talia mira quia raro accidunt, tamen cauſę eorum manifeſtæ ſunt. Sæpe tamen etiam lapi

des fiunt ex igne cum extinguitur, quia ſæpe cō
tingit corpora terrea & lapidea cadere cum cor
ruſcationibus quia ignis fit frigidus & ſiccus ex
ſua extinctione. Et in Perſia cadunt etiam cum
corruſcatione corpora ęrea, & ſimilia ſagittis ha
matis, & non poſſunt liquefieri, ſed per ignem
euaporari in fumum cogēte humiditate donec
reſiduum ſit cinis. Cecidit quoq; apud Lurgeam
fruſtum ferri ponderis Centum Marcarum,
quod præ duritia ſua fere erat infrāgibile, Miſ-
ſa tamē eſt eius pars Regi torati qui ꝑcipit en-
ſes inde fieri, erat autem infrangibile & infabri
cabile. Dicunt tamen Arabes ꝙ enſes alemani
ci qui optimi ſunt, de iſto ferro fiant. Cū autem
ceciderit maſſa illa reſiluit aliquotiēs a terra, vt
pila erat, quia compoſita erat ex minutis fruſtis
cohęrentibus ad inuicem ad quantitatem gra-
norum magni milii. Similiter huic rei cōuenit
apud terreſtres. Sic ergo fiunt lapides, quorum
ſiquidem generatio vel erit ſubito per magnum
calorem accedentē luto unctuoſo, aut paulatim

per multum temporis.

## De cauſa Montium. Cap.ii.

MOntes quoq; quandoq; fiunt ex cauſa eſſentiali, quandoq; ex cauſa accidentali. Ex eſſentiali cauſa, vt ex vehementi motu terre eleuatur terra & fit mons. Accidentali, vt ex ventis, vel aquę ductu accidit cauatio profunda, & fit paulatim, donec fit vaſta profunditas: Exit igitur iuxta eam eminentia magna & hęc eſt precipua cauſa montium. Sunt etiam quędam terræ molles, quędam duræ. Molles ergo aquę ductibus ventiſq; tolluntur, durę remanent & fit eminentia. Sicut ergo fit generatio montium, ſic generatio lapidum, quia aquę ductus adduxit illis lutum viſcoſum continue, quod per longitudinem temporis deſiccatur & fit lapis, & non eſt longe quin ſit vis mineralis conuertens aquas in lapides, Et ideo in multis lapidibus inueniuntur quędam partes anima-

lium aquaticorum & aliorum, Mõtes quaſi per multa tempora facti ſunt, vt prediximus, ſi non ſunt decreſcentes. Subſtantiæ autem luteæ quæ reperiuntur in eminentiis non ſunt de illa materia lapidea, ſed eſt de ea quæ diminuitur de montibus, vel terreſtris, vel alia ſubſtantia quã adducunt aquę cum lutis & herbis quæ admiſcentur cum luto montis, vel forte antiquum lutum maris vt eſt vnius ſubſtãtiæ, quia pars eius fit lapis, & pars eius non, ſed mollitur & diſſoluitur aliqua qualitate vincente, Maris eſt receſſus & acceſſus, quædam loca cauat, quædam extollit, & quandoq; totam terram cooperuit, & inde quædam mollia abradit, quædam dimiſit dura, & ipſa in quibuſdam locis congeſſit, Mollia quoq; ab eo congeſta cum abſcinderet deſiccata ſunt, & in montes conuerſa.

## De quattuor ſpeciebus corporum mineralium. Cap. iii.

COrpora mineralia in Quattuor ſpecies diuiduntur. ſcilicet in lapides, & in lique factiua, ſulfurea, & ſales: Et horum quædam ſunt raræ ſubſtantiæ & debilis compoſitionis, & quædam fortis ſubſtantię, & quędam ductibilia, & quædam non. Et horum quæ debilis ſubſtantiæ ſunt, quædam ſunt ſales vt quę lique fiunt ex humido breuiter vt Alumē, Calcamentum, & Sal armoniacum, & quædā ſunt vnctuoſa nec liqueſcūt ſolo humore facile, vt ſulphur, Auripigmentum . Sed Argētum viuum eſt de parte ſecunda , quamuis ſit elemētum ductiliū, vel ſimile aliquibus ductilibus, Sunt autem ductilia omnia liquebilia, & vt multum non ductilia nec liquebilia, ſed non mollificātur niſi cum magna violentia: Et materia ductilium eſt ſubſtantia aquea mixta cum ſubſtantia terrea mixtura forti, & non poteſt vnum ab altero ſeparari, & congelatur ſubſtantia illius aquea cum frigore poſt actionem caloris in ipſum, quod eſt epthesis: Et erit exemplum a vino quod non di

gelauit propter ſuam vnctuoſitatem:& ideo nō eſt ductile, Lapidea vero de ſubſtantiis mineralibus materialiter ſunt aquea, ſed non gelantur ſola aqua, ſed etiam cum ſiccitate, quæ alterat aqueitatem ad terreitatem, & non eſt in eis humor nimis vnctuoſus, & ideo non ducuntur, & quia coagulatio eorum eſt ex ſiccitate, non ſoluitur de facili vt multum, niſi per ingenia naturalia ſoluentia. Alumen autem & Sal armoniacum ſunt de genere ſalis, quia pars ignis in ſale armoniaco maior eſt q̄ terra, Vnde & totū ſublimatur, & ip̄m eſt aqua cui admiſcetur fumus calidus nimium ſubtilis, & multæ igneitatis coagulatum ex ſiccitate. Aqueitas vero Sulphureorum mixta eſt cum terra forti commixtione cum feruentia caloris, donec facta ſunt vnctuoſa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore, Atramenta vero compoſita ſunt ex Sale & Sulphure & lapidibus, & eſt in eis vis mineralis aliquorum corporum liquebilium quæ ex eis fiunt, vt calcamentum, & alachar generantur ex maiori

bus granis atramenti, & non ſoluitur niſi ſalſe do eius cum eo, quod eſt in illo ſulphureo, & poſtea coagulatur, & illud iam accipit vim mineralem ex corporibus aliquibus, Quod ergo accipit vim ferream erit rubeum aut croceum, vt alathar. Quod vero vim ęream acceperit, erit viride. Vnde poſſibile iſta duo fieri artificialiter. Argentum viuum eſt vt aqua quę miſcetur cum terra nimium ſubtili Sulphurea mixtione forti, donec in plana ſuperficie non quieſcat, & hoc eſt ex magna ſiccitate quæ ineſt illi, & ideo non adhęret tangenti. Eſtq; albedo eius ex claritate illius aquæ, & ex albedine terræ ſubtilis quæ eſt in eo. Proprium eius eſt, ꝙ ex vapore Sulphuris coaguletur, & forte hoc modo gelatur per plumbum, vel ex vapore Sulphuris facile. Videtur autem ꝙ Argentum viuum, & quæ ſunt ſimilia ſit elementum omnium liquebilium, vel quia omnia liquebilia cum liquantur conuertuntur ad ipſum, tamen non liquantur priuſquam calefiant, & cum liquata fuerint

apparent rubea. Sed Plumbum proculdubio eſt liquatur eſt Argentum viuum, ſed non liquatur niſi caleſiat, & cum liquefactum fuerit conuertitur ad colorem conuenientem omnibus liquebilibus. ſcilicet igneum ruborem, & ideo miſcetur Argentum viuum cum iſtis corporibus, quia eſt de ſubſtantia eorum. Sed iſta corpora differunt in compoſitione ſua ab illo, eo modo quo differt Argẽtum viuum ad ſibi ſimilia, & permixtiones quæ permiſcentur cum eis donec congelantur. Et ſi fuerit Argentum viuũ purũ coagulabit id vis Sulphuris albi non vrentis, & id eſt res optima quam poſſunt reperire illi, qui operantur Alchimiam, vel conuertunt illud in Argentum. Quod ſi fuerit ſcilicet Sulphur mundum optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, erit res optima quã poſſunt reperire Alchimiſtę, vt ex ea faciant Aurum, hęc enim ipſum conuertunt. Et ſi fuerit Argentum viuum bonę ſubſtantiæ & Sulphur non purum ꝙ ſcilicet ſit

In eo vis adurens conuertet ipſum in ęs: Argentum autem viuum ſi fuerit malum & non purū terreum, & ſit Sulphureum non mundum, fit ex eo ferrum. Stannum vero videtur Argētum viuum bonum habere, Sulphur vero malum, & hæc non bene trita, ſed tanquam per parua cōpoſita, & ideo nō fit tale. Plumbi vero groſſi Argentum viuum malum eſt, ponderoſum, & lutheum, & Sulphur eius malum eſt, mali vaporis, & fetidi, & debilis. Vnde non bene gelatur. Et artifices faciunt gelationem fere ſimilem artificialiter, quamuis artificialia non ſunt eodē modo, quo & naturalia, nec tam certa habet ſimilia, & ideo creditur ꝙ compoſitio naturalis fiat hoc modo, vel vicina huic: Sed ars debilior eſt q̃ natura, nec ſequitur eam / licet multum laboret: Sciant vero artifices Alchimię ſpecies rerum tranſmutari nō poſſe. Sed ſimilia illis facere poſſunt, & pingere rubeum citrino / vt videatur Aurum / & album pingere colore quo volunt / donec ſit multum ſimile Auro vel ęri:

Poſt quoq; Plumbi ĩmunditias abſtergere/Ipſm tamen ſemper erit Plumbum , quãuis videatur Argẽtum/ Sed tũc optime erũt in eo qualitates alię/vt errent homines, vt qui accipiunt Salem & ſalem Armoniacũ. Cęterũ ꝙ differẽtia ſpeci= fica tollatur ingenio/nõ credo poſſibile/ & non eſt ꝙ complexio vna in aliã conuertatur/qa iſta ſenſibilia nõ ſunt differentia/ qua ꝑmutat̃ ſpẽs/ ſed ſunt accidentia/& proprietates. Differentiæ autẽ eorũ nõ ſunt cognitę/quia cum differentia ſit ignota / qũo poteſt ſciri vtrũ tollatur nec ne/ vel qũo tolli poſſit. Sed expoliatio accidẽtium/ vt vaporis/& coloris/ponderis/ vel ſaltim dimi nutio/nõ eſt impoſſibile/quia cõtra hęc nõ ſtat ratio/ſed proportio iſtarũ ſubſtantiarũ non erit eadem in omnibus . Hęc igitur in illã ꝑmutari non poterit/niſi forte in primam materiam re= ducatur/& ſic in aliud q̃ prius permutãtur / hoc autem per ſolam liquefactionem non fit/ſed ac cidunt ei res extraneę.

Mineralium Auicennę finis.

**Cuiuſdam Epiſtolæ, quæ Alexandri Ma
cedonũ Regis nomine circũfertur, inter
pretatio abditam philoſophici Lapidis cõ
poſitionẽ ſapientibus acutiſſime declarãs.**

ALexander in Epiſtola de arte So-
lis tractans ad imaginem & ſimili
tudinem mnndi breuiter dicit, ꝙ
habeas fundari in iſta demonſtra
tione, oſtendit enim ꝙ ars deriua
ta eſt ex creatione hominis cui omnia inſunt,
nam quemadmodum minor mundus ex quat-
tuor uirtutibus diuerſis compoſitus eſt, ita &
ars iſta ex naturis mulieris: quarum quaſdam
breuiter narramus, demõſtramus, & ponimus.
eo ꝙ maior mundus creatus eſt ex quattuor vir
tutibus naturalibus diuerſis & cõpoſitis, quarũ
prima ẽ appetitiua, ſecũda digeſtiua, tertia attra
ctiua ſeu retentiua, quarta vero expulſiua quæ
mundificatiua eſt: Et eſt quinta eſſentia ſine alie
na uita, quæ alias quattuor quas tibi narraui ac

deſcripſi gignit & vnit. quarum diſpoſitionem expoſui, & eſt in hac arte ſicut clauis ad archam quam ſi abſq; ea aperias tota diſſoluitur. Eſt. n. ſicut nexus eius latera continens, quia totum rei huius magiſterium ab iſtis virtutibus caute ſcire conuenit in hac arte. Iſta ars non perficitur niſi ex ſtudentibus per vigiliam & per eius temperantiam. Quoniam ſicut prius narraui eius actiōis initiū ex quattuor eſt uirtutibus peragētibus, ſcilicet appetitiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua, quæ mundificatiua eſt. Quinta eſt ſcilicet anima ex lumine clariſſima. Nunc autem has diſpoſitiones ſpecierum narremus. atq; eius potentiam exponamus. Narremus igitur quid eorum eſt calidum, quid frigidū, quid maſculinum, quid fœmininum, & per eorum colorum diuerſitatem, & generis differentiam non erremus nec deuiemus, eo ꝙ ſi ſit differētia inter calidū & frigidum, & maſculinum, & fœmininum, opus nequaquam tibi perficietur, niſi in uia dirigatur. Et ſcias ꝙ nullus naſcitur abſq;

mare & fœmina, & nullum germen creatur ſi-
ne calore & humore, frigiditate & ſiccitate. Vir
tus autem appetitiua maſculina eſt calida & ſic-
ca: & eſt ignis continens. Virtus retentiua fœ-
minina eſt frigida & ſicca, & eſt terra. Virtus di
geſtiua ſeu alteratiua eſt maſculina calida & hu
mida & eſt aer. Virtus expulſiua fœminina eſt
frigida & humida, & eſt aqua mundificatiua.
Quinta eſſentia vero eſt vita, quæ eſt propria,
nec eſt calida, nec humida: nec frigida, nec ſic-
ca, nec maſculina, nec fœminina, tamen ſi per
iſtarum virtuteȝ ad ſiccũ uertatur oppoſitũ eius
corrumpitur. Ne igitur eam in aliquo fluuiali
loco requirẽs ab operatione erres, eius tibi oſtẽ
dam locum. Si igitur vis aquam vitæ frigiditate
te diſſoluere magis ipſam coagulas. Si vero vis
aquam frigiditatem facere: magis ipſam calefa-
cis. niſi quamlibet naturam uirtutis ad propoſi-
tum eius quod operaris emendes, opus corrũ-
pis. Sciẽdũ quoqꝫ ẽ ꝙ virtus appetitiua q̃ eſt cali
da & ſicca ignis ꝯfirmat. Retẽtiua frigida & ſicca

calorem in corporibus congregat, & molli-
ficando coloribus mergit, & eſt terra. Dige-
ſtiua maſculina mundificatiua, eſt quæ cor-
pus mundificat, quia naturam cum rubigine ex
cellit, deinde naturam accidentaliter imprimit,
& eſt calida & humida, & eſt aer. Expulſiua quę
mundificatiua eſt, fœminina eſt, omnem fugat
immunditiam dum in eam transfunditur, traſ-
fertur in ſe ipſaƺ, & nunq̄ poſtea diuidi poſſunt
veluti uenenum in corpore funditur, poſtmo-
dum non ſeparatur. Calida agit virtus hæc in
corporibus, & eadē ſic diſponitur natura, ſuaq;
eorum congregat vnum, eſt autem frigidum &
humidum, & eſt aqua. Et eſt quinta eſſentia q̄
totum dirigit opus & complet, & eſt anima cor
pori coniuncta, quam coniunctionem quidam
male in opere operati ſunt & errauerunt, inuti-
lia pro vtilibus ſumentes. Quidam etiam tanq̄
directo tramite prout iuſſimus operantes dimi
nuerunt & ſecundum eorum opinionem ege-
runt. & ideo deuaſtatum eſt totum opus. ſaxūq;

factum eſt. ymo ſignifico tibi ꝙ ſi diligis opus tuum perficere, incipe prout iuſſi. Reſtat nunc vt ſpeciebus nomina imponamus, nec a memoria recedendum eſt, ꝙ ea quæ operaris non lucidæ naturæ fore debent. ex quibus minor mūdus creatus eſt, quę ſuis proprietatibus tibi nuncupabo. Scias ꝙ Sulfur eſt ignis, & terra magneſiæ, & aer fodinę, & aqua, eſt Argentū viuū, quod in corpore mergitur. Quinta eſſentia ſpiritus eſt qui omnia viuificat & alterat, & omne germen germinat, & omne lumen accendit, & omnes fructus floret. Tali quidem gubernatione neceſſe eſt hoc opus dirigere, & ſcias vt dictum eſt naturas congrue coaptare, & maſculum feminę, & calidum frigido & humidum ſicco, deinde aquam, ſpiritum, & lumē nutrire, quoniā ex diuerſis naturis fundatum eſt opus, ex eius melancolia componitur corpus, & erit quantitas eius ex igne epatis vitio colera rubea ſuboritur. quo facto oportet ea quæ ad facta & operā ſpiritualem veniunt digeri, a quibus iungitur

aer qui eſt ſanguis fluens in omnibus venis cor poris, & ſuperueniens donec in rubeum vertatur colorem. Aqua vero eſt flegma quæ in pectore cõſiſtit & apparet in figura aureis inſtrumentis, & ſic deinceps illud quod tibi iam dixi virtute predictorum omne corpus efficitur perfectum Stude itaq; naturas iſtas omnes prudenter regere, & vas quoq; cum ſuo ſimili vel eius contrario in deuio cum tinchar pone, & opus tuum dirigitur prout gratiam meã tibi tribui, cum ſpecies tibi deſcripſi, quæ gradatim regi oportet, donec corpora ſpiritus fiant, & tunc artis ſapientia operatur vt natura alteretur, & in aliam conuertatur naturam, & natura per naturam apparet, poſt ipſius vero naturæ accidentia neceſſe habes iungere duas naturas, donec ab eis naturam claram, & lucidam extrahas, quæ cum aſcendit in altiſſima, tenetur luceſcit & coaptatur. Et ſcias q̈ in hac arte nihil philoſophice loquor, & eſt in liquefaciẽdi ſolutione ſuper omnia cautela adhibenda, q̈ ne aſcendẽdo mo-

dum excedas, quoniam in liquefaciendo conſi-
ſtit archanum totum omnium naturarum alte-
ratio, & ſcias hoc quomodo a natura in naturã
mutatur, donec ſubſtantia non fugiens nec alte
rans, ſed fixa & cõſtans fiat, ex quibus introitus
coaptat nigros, quoniam pars diſcernitur. Et
mox natura per naturam apparet. Rarum itaq;
rerum fixarum naturam liquefactione coaptat,
& aqua quæ a Sapientibus, aqua ſapientiæ eſt
appellata, deinde archana quæ ſunt temperata
humida, quia niſi naturas attenues aquamq; il-
las facias, non colorare poterũt. ſic ergo corpus
aquatione humefacies. Et ſcias ꝙ albedo eſt in
coagulatione, & ꝙ ſpecies ſpiritus, & in ſe inui
cem emendant. Dico etiam tibi fili qui emenda
ri deſideras, ꝙ non ponas in ea ſpecies crudas
& inordinatas, ſed putrefactas & coaptatas aſcẽ
dentes & deſcendẽtes. Ego ſine dubio comperi
quædam vnguenta eleuata lucida illuminata, &
inueni in eis archana abſcondita, quæ ſi vtiq;
bene reges, natura eorum quæ habes occulta,

manifeſte apparuit tibi & apparebit·i·terra alba per Argentū lucidum & notum· Et ſcias ꝙ corpora quædam ſolutione indigent ,quædam eleuatione vt tingant , & lucida & illuminata fiant in quibus omnia corpora diſſoluantur . Scias etiam ꝙ ſecundum naturam archana ſunt in eis abſcondita. ꝙ ſi regantur natura abſcondita .tibi apparebunt quæ Hermeti Philoſopho apparuerunt .& eſt terra alba prope Argentum .Cōfice ergo corpora q̄ illa ſe ſanant , cum terra alba eſt.vt fixa ꝑmaneant,& ſuper pone ne ignis eam ſua flamma comburat,ſed quemadmodū ceram liquefactam liquefac ea .Et eſto memor ꝙ iſtud vocatur aqua intrans iterum . Igitur in artibus tuis ī quibus ſtudes martellos duos fore credas , quorum unus Soli, alter Lunæ debetur ,poſtea ſequuntur duo ordines quos regendos dubium noſtro capiti ſatis congrue figurat. Ecce numeraui , archanum cæleſte patefeci, ſcientiam difficilem atꝗ abſconditam illuminaui . perfectamꝗ ſcientiam regendi modum

certificaui. Iuro itaq; quod nihil celaui nec alterã nec ullam ſpeciem aliena deſcriptione deſcripſi: nec genera alienis locis impoſui. Igitur ſi meas litteras legeris & intellexeris, uenies ad propoſitum tuum, & deo gratias ages. Si vero cui compoſitio debilis & complexio breuis extiterit ad ſuum propoſitum non ueniet, ignorantiæ ſuæ partem mihi non imponat, nec dicat me erraſſe, ſed ſeipſum, qui ad ſuum propoſitum non perueniet.

Interpratationis Epiſtolæ Alexandri Regis finis.

## Authoris Ignoti, philoſophici Lapidis ſecreta methaphorice deſcribentis, opuſculum.

EXemplum ſcientiæ noſtræ ſenex ſupra mortem, in eo ſunt naturæ coniunctæ cum cõplemento. Terra, aqua, ignis eius & aer. Et omnia hæc in Saturno, cum eo aperiuntur portæ ſcientiarum, ſicut dicit Hermes & præcedentes ſui primi. Accipe lapidem ſuſpẽſum ſupra mare vt ſenex cera alba. ſuper fontem vt puer ypoquiſtidos. Nomen eius victor. Cum eo perime uiua, & viuifica perempta. & ei ſunt mors & uita, & iſtud & illud ex oriente & occidente. Cum hoc habebis ſcientiã in qua pigritauerunt Arabes. Veritatem dixi tibi per eum qui fecit oriri lapidis paradiſi auctorem lumẽ vitę. In eo ſũt duo oppoſita ſimul. ſ. ignis & aqua, & iſtud viuificat illud, & illud pimit iſtud, & hoc & hoc in Icone coniuncta ſimul, per eũ

qui eſt mors & vita, veritatem dixi nō mentior. Gumen noſtrum coagulat lac noſtrum, & lac noſtrum diſſoluit gumen noſtrum. Et poſt apparebit rubedo orientalis, & rubedo ſanguinis, hic lapis mundus ſine fetore, inuenitur in locis altiſſimis, cum quo magnificauerunt ſe philoſophi ſuper omnes alios, & vaticinati ſunt futura. Veritatem dixi per poteſtatem cęlorum, cui nō ſum mentitus ſcienter. Homo noſter antiquus, eſt draco noſter, iſte comedit caput ſuum cum cauda ſua, & caput & cauda eſt anima & ſpiritus, & anima & ſpiritus ſunt creati de luto, & hoc & hoc ex oriente & occidente, per expellentē nocumenta non mentior, quia quod dixi, vidi in ciuitate. Dealba coruum tuum ſi vis dealbare ipſum, cum nilo ęgypti albeſcit primo, tunc cum perſia in ſecretis, & cum hoc & hoc apparebit rubedo vt papauer in ęremo, per viuificantem deum omnia non mentior. Aqua noſtra abluit ſordes, mundabis omnem nigredinem & obſcuritatem eius, tunc ſubridebit di

cens, quis mundauit me? qui vidit illud ſubridē bit locutus, & veritatem dixi non mentior. Terra in oculis ſunt tres oriens & occidēs, & ſuper eos Saturnus albus ortus eſt, & anima horum trium eſt ignis, veritatē dixi per familiam mahometi, Manifeſtabo quod occultauerunt primi non cum inuidia. Terra noſtra vertit ęs tuū in Argentum primo, & vltimo in Aurum inueteratur, & habebis ſcientiam, in qua pigritauerunt Arabes. Denigras cum egypto noſtro, & non cum perſia, & cum perſia ſiccas, quia eſt domus ſiccitatis, & cum egypto humectas, quia eſt domus humiditatis, & hoc & hoc albedo & rubedo ſine menſuratione, vt rubedo in moris, vel vt ſanguis dominarum. Lapis ſciētię noſtrę ſenex primo, & vltimo puer, qa albedo eius in initio, & rubedo in vltimo cū dominio. Hic eſt Lapis cum quo titubauerūt omnes qui abierūt, & mortui ſunt plurimi eorum cū dolore & triſtitia, quoniā declinauerunt ad viam demonū, & reliquerunt uiam prudentiæ. Coopertorium

&

equi pallium noſtrũ album.& equus noſter leo foriis,ſub pallio coopertus. & ſup illud & illud griffus noſter naturam gemmatam retinẽs, hic lapis triangulus eſt in eſſe .quatrangulus in qualitate,veritatem dixi per operatorem , dealbans & rubefaciens omnia non ſunt ſingularia in occulto ſed ſunt mixta, oriens & occidẽs ſimul iũcta ab anima omnium. Hic cõiungit & diſiungit,& reiungit qñ vult . lupus noſter in oriente inuenitur,& canis in occidente,iſte momordit illum: & iſte momordit iſtuz,& fiunt rabidi ambo,& interficiunt ſe adinuicem:donec fiat ex eis toxicum & tyriacha.Camelus noſter albus ſeptimus eſt ĩ numero apud Philoſophos magnos Sol cum Luna Iupiter.Mars & Venus noſter ĩ Mercurio noſtro.& Saturnus ſeptimus eorum, in quo ſunt omnes coniuncti ſimul.hic eſt ſpata ,gladius,cultellus,& inciſorium ſuper edificium ,& inimicus ad manum ,& vas cum adiutorio uini.Epiſcopus noſter vt color uenarum, vel violarũ,& anima citrina ut citrinitas,& nar

ges vel ypoquiſtidos. Tunc lapidem in fluuio currenti per mortem oĩm non mentior, exēplũ noſtrũ cũ albo naturæ. Ignis & lux in claritatis eſſentia: & ignis & lux eſt ſcintilla noſtra, & titio noſter candens. & cum hoc & hoc inuenies ſcientiam. Veritatem dixi per unientem omnia Scala noſtra eſt turris noſtra de terra viſcoſa. & terra viſcoſa eſt lutum noſtrum, & cerotum noſtrum ex cera & ſepo confectũ: & hic & hic nauis noſtra in mari noſtro plena gigãtũ. Aperui quod occultauerunt priores. Non ſum inuidus quẽadmodum ipſi fuerunt; per illuminantẽ cunčta non mentior. Terra corã oculis poſita oriẽs & occidens. & hic & hic narciſſus cum lilio noſtro: & hic & hic cum ſene noſtro, & ſenex noſter & vter noſter eſt corpus noſtrum: & corpus noſtrum eſt Lapis noſter quæſitus a multis: inuentus a paucis. Et iſtud expoſui ex pietate, & detexi cunctis per deum genitum.

Authoris ignoti finis.

## Merlini Allegoria profundiſſimũ philoſophici Lapidis archanũ perfecte continens.

REx quidam alios cupiens ſuperare potentes, ſe contra eos præparauit ad bellum. Cumq; vellet equũ aſcendere, præcepit cuidam ex militibus ſuis, vt daret ei ad potandũ de aqua, quam plurimum diligebat. Qui reſpõdens ei dixit. Domine quæ aqua eſt illa quam quæritis? Et Rex ait: Aqua illa quã quęro, aqua eſt a me plurimum affectata, & ipſa diligit me prę cęteris. Et ille perpendẽs, ſtatim iuit, & eam detulit ei. Rex autem accipiens eam, bibit & rebibit, donec omnia membra ſua repleta ſunt, & omnes venæ eius inflatæ, & tunc fuit valde diſcoloratus. Hoc facto, dixerunt ei milites eius. Domine ecce equum, aſcende ſi placet. Qui reſpondens dixit. Sciatis me aſcendere nõ poſſe. Dixerunt milites, quare non potes? Reſpondit,

quia ſentio me grauatum, & doleo caput, & vt mihi videtur, omnia membra mea ab inuicem diuiduntur. Iubeo igitur vobis, ꝙ ponatis me in cameram vnam lucidam, & ea conſtituatur in loco calido & ſicco, continue temperato per diem & noctem, & ita ſudabo, & aqua quā bibi deſiccabitur in me, & ita liberabor. Fecerunt ergo ſicut Rex præceperat eis. Completo vero tempore, aperuerunt cameram, & inuenerunt eum quaſi mortuum. Parentes vero ſtatim cucurrerunt ad medicos Aegyptiacos & Alexandrinos præ cęteris honorandos, & adduxerunt ad eum, narrantes eis ſecundum quod Regi acciderat. Qui quidem viſo eo, dixerunt ipſum poſſe proculdubio liberari. Et illi. Quis veſtrū erit magiſter. Reſponderunt Alexandrini, nos (ſi placet vobis). Dixerunt Aegyptii, non placet nobis, immo nos volumus eſſe magiſtri. Antiquiores enim vobis ſumus, licet iuniores videamur. Alexandrini vero conſenſerunt. Tunc dicti magiſtri acceperunt Regem, & di-

laniauerunt eum in partes minimas, terentes eas, & miſcuerunt cum medicinis ſuis humectantibus aliquantulum, & ita poſuerunt ipſum aptatum in camera ſua, in loco calido temperato, ſicut prius, per diem & noctem. Hoc facto extraxerunt eum quaſi ſemimortuum / adhuc habentem aliquantulum vitæ. Quem videntes parentes eius/exclamauerunt dicētes. Heu Rex mortuus eſt. Quibus medici dixerunt / non eſt mortuus Nolite clamare/dormit enim / & iam incepit terminare. Acceperunt itaq; ip̄m iterū/ & abluerunt cum aqua dulci/donec ſapor medicinarū receſſit/ & miſerunt cum eo iterū de eadem medicina noua/ & poſuerunt eum in loco ſuo ſicut prius. Et quando extraxerunt eū penitus mortuū inuenerūt. Tunc parentes eius fortiter clamantes dixerunt. Heu Rex mortuus eſt. Quibus medici reſpondentes dixerunt. Interfecimus eum ideo/vt melior & fortior fiat in hoc mundo poſt reſurrectionem in die iudicii: q̄ fuiſſet prius. Quod quidem parentes eius

audientes: crediderunt eos eſſe truffatores. & ſtatim abſtulerunt eis medicinas ſuas, & expulerunt de Regno. Hoc facto, loquebantur ad inuicem, conſiderantes quid deberent agere de hoc corpore uenenato & mortuo. Et conuenerunt vt ſepelirent ipſum, ne putrefieret, ac eius fetor nocumentum inferret. Alexandrini vero medici hoc audientes, iuerunt ad eos, & dixerũt Nolite ipſum ſepelire, quoniã (ſi placet vobis) reſtituemus eum ſaniorem, pulchriorem, & potentiorem, q̃ prius. Tunc illi ſubridere cæperũt, dicẽtes. Vultis ne truffare nos, ſicut & alii? Sciatis, ꝙ niſi feceritis quod ꝓmittis, manus noſtras euadere non poteritis. Medici autem ad hoc ſe obligantes, acceperunt Regem mortuum, ſicut alii dimiſerunt, terentes eum, bene abluerunt, quouſq; nihil de medicinis aliorum remanſit, & deſiccauerunt eum. Deinde acceperunt partem vnam Salis armoniaci, & duas de nitro alexandrino, & miſcuerunt cum puluere mortui, & impaſtauerunt cum parũ olei lini, & poſuerunt

eum in camera vna, facta ad modum cruciboli inferius pforati, & ſub foramen poſuerũt aliud uas mundum ad modum cruciboli factum, & dimiſerunt eum ibi per vnam horam. Deinde cooperuerunt eum cum igne, inſufflantes donec fuit penitus liquefactum, in aliud crucibolũ deſcendens inferius per foramẽ. Tunc Rex ita de morte ad uitam reſurgens, magna uoce clamauit, & dixit. Vbi ſunt inimici? Sciãtq; omnes interficiam, niſi mihi obedientes aduenient ſine mora. Omnes igitur audientes, uenerunt corã eo, Et dixerunt. Domine ecce parati ſumus veſtris in omnibus obedire mandatis. Itaq; ab illa hora in antea Reges omnes & potentes aliarũ regionum honorauerunt & timuerunt eum. Et quando uolebant uidere de mirabilibus eius, ponebant in crucibolo vnciam vnam Mercurii bene loti, & proiiciebant deſuper tanquam vnũ granum milii de vngulis, uel de capillis, aut de ſanguine ſuo, & ſufflabant leuiter cum carbonibus, & dimittebant eum infrigidari cum eis, &

inueniebant lapidem qualem ego ſcio. De quo lapide proiiciebāt parum ſuper Saturnum purgatum, & ſtatim mutabatur forma eius, ſicut ſcio. De quo poſtea ponebant partem unam ſuper decem Veneris, & erat totum vnius coloris & bonitatis. Item aliter. Accipiebant dictum lapidem tritum, & miſcebant cū ſale & Sole ſicut prius, & liquefaciebant eum, & proiiciebant dictos ſales ſolutos in ſero caprino, & tunc fiebat optimum ad omnia. Cuſtodi frater hunc tractatum, & ſerua bene, quia truffa eſt optima inter ſtultos, & non truffa inter ſapientes. Hæc enim eſt via Regum trium dierum, quoniam parum laboris ſuſtinentes, magnum lucrum deſiderant obtinere. Laudes creatori maximo referamus, qui fideliqus ſuis gratuiter inſpirauit, accidentia pro uelle in ſubſtantiis tranſmutare, & ut quod in potentia rebus latitat, ad actum reduci ualeat ſapienter.

Allegoriæ Merlini finis.

# Rachaidibi, Veradiani, Rhodiani, & kanidis philoſophorum Regis Perſarum, De materia philoſophici Lapidis acutiſſime colloquentium, Fragmentum.

DIxit Rachaidibi filius Zetheidibę philoſophus Regis Perſarum & Principis Romanorum, Sperma lapidis eſt frigidum & humidum in manifeſto, & in occulto calidũ & ſiccum. Dicit ergo fac frigidum & humidum in occulto, & calidum & ſiccum pone in manifeſto: & ita occultabitur frigiditas & humiditas ſua, ꝙ nõ minueretur vnq̃. nam ſi minueretur, nuetur etiam lapis. Quando ergo occultatur frigiditas & humiditas, fac occultando, ut ſic componas illud calidum & ſiccũ, qđ in occulto erat & in manifeſto: & ita de ſpiritu fiat corpus in duobus gradibus, & fiet globus & ſanguis & caro. Dicit Rodianus. Sperma eſt album & liqui-

dum. Liquor hic de primo globum facit in lo-
co ubi debet quinq; diebus:& recipit carnẽ &
ſanguinem,& membra,& imaginẽ,& imagina
tiuam a deo altiſſimo:& uenit ad ortũ,& lucet,
& oritur in tempore ſuo. Qui ſuntduo gradus
& ſeptem. Et modo dicimus de ſecundo ſper-
mate, dicit Veradianus de Secundo ſpermate,
ꝙ eſt Lapis ſolus, nec eſt alius ei ſimilis in hoc
mundo,qui ſe ipſum impregnat, & in ſe ipſo
concipit,& ſe ipſum parturit,Et in hoc intelligi
tur de vno lapide,& dicitur ſperma album & li-
quidum,poſtea rubeum. Dicit autem Rhodia-
nus ꝙ ſperma iſtud quidam lapis eſt fugitiuus
a caliditate & ſiccitate,& aereum & volatile, &
eſt frigidum & humidum, calidum & ſiccum.
Et poſtquam hoc viuum moritur a rubea mor
te,mortuum iam eſt compar caliditati & ſiccita
ti,& ſic non fugit ab eo quod eſt calidũ, & non
fugit ignem,nec fumum emittit,nec ſonum fa
cit,& funditur vt cęra, & eſt ſicut oleum, & eſt
ſiccũ,quæ ſiccitas tingit tinctura rubea & alba,

& ita de ſpiritu factum eſt corpus, deinde hoc corpus vertendum eſt in ſpiritum, & poſtea fiet aqua clara ſine omni turbulentia ab inferiori parte vſq; ad ſuperiorem, & omnes particulæ ſuæ ſunt diuerſæ in aqua, vt non impediatur tin ctura, quæ eſt penetratiua & ſubiunctiua ad re- tinenda & contingenda, & tingenda omnia cor pora metallorum, & iſta tinctura ſemper in eis permanet, & cum hac tinctura viuificantur om nes mortui vt ſemper viuant, & hoc eſt fermen tum primum elementatum, & eſt ad Lunam, & hoc eſt lumen omnium luminum, & eſt flos & fructus omnium luminum, quod illuminat om nia, & eſt tinctura vera & viua, rubea & alba, ac oleum tincturarum rectificatiuum. Da ergo ei ſecundum fermentum fermentatum ab omni elemento elementato ęqualiter quod eſt Aurũ, da ei quartam partem quod tamen prius calci- natum ſit, & in aquam ſolutum, Hæc eſt enim aqua elementata ęqualiter ab omnibus elemen tis. Da etiam ei ſecundum fermentum, cum

ſecundum dico , aſſero ſecundum retinacu-
lum , & in eo eſt tinctura Sulfurea, & dicitur
oleum retinaculorum , hoc eſt Vitriolum viri-
diſſimum & purgatiſſimum lucidiſſimũ, quod
verſum ſit in aquam, Da etiam ei aquam Saffe-
ranicam de endacuto factam vt aquam viridis
ęris, quæ eſt venenum Mercurii , & da Mercu-
rio de aqua laborata in ſuum ſpiritum, quam ex
traxiſti de corpore ſuo , & ita mortificaſti eum,
& iſta laborata.ſ.aqua Argenti viui / ita vt ver-
ſum ſit Argentum viuum in aquam / quod im-
petuoſum ignem non fugiat/ vt ſubſtantiã non
faciat / ſed ſemper per vim maneat / & de vno-
quoq; iſtorum da ei tantum quãtum ipſum eſt/
& da etiam ei Sal armoniacum/ qui eſt ſpiritus
precioſus / & eſt reſolutiuus & coagulatiuus/&
verſum in aquã/ prius tamen ſublimatũ quinq;
vel ſepté vicibus / & ſit duplum primi fermẽti.
Da ergo ei aquam ſiccam & calidam & iugem
cum forti claratiõe/& ſubtili imbibitione.ſ.gut
tam ad guttam/ & ſi dares ei minus de iſtis bibi

mentis confunderetur. Et hoc fac ad ſolē calidũ uel ad cinerem lenti caloris / uel hæc omnia ſi poſſunt fieri: & omnes iſtæ aquæ prius miſceantur per. xxi. dies in loco mundiſſimo & calido, & bulliant ſimul & faciant unam ſubſtantiam. Deinde congeletur in lapidem: & iterum uertatur in aquam. Et inter hæc omnia magnam efficaciam habet Anatron, ſiue Sal nitrum & Sal gemma / & & Alcali. Poſtquam ergo congelata ſunt uerſa in aquam imbibantur hæc. Sed cũ rubeo quod patitur longam & magnam ſitim, donec fiant duplum ſui, & antinkar in his habet magnam efficaciam. Et ſuper hæc omnia ſupernatent vncia vna de hac aqua, & aqua Salis armoniaci viui, ut melius ſoluátur particulæ fugitiui. Secundum in rubeũ colorem, uel lalneum vel viridem/aut cęleſtinum. Sed uiridis color omnibus nitet, mitte compoſitionem in rotumba vt ſoluatur aqua clara a fundo uſq; in ſuperficiem ſicut eſt mel colatum, deinde congeletur in loco congelationum in lapidem viridē quan

doq; in rubeum,quãdoq; Ialneuꝫ, quandoq; ce
leſtinum , & iterum ſoluatur & congeletur bis
uel ter,& eſt duplicatio /triplicatio/quadruplica
tio /& ſublimatio/& acutior omnibus. Dixerũt
philoſophi Regis Perſarum . Accipiamus frigi
dum & humidũ,& aquoſum mundetur ab om-
nibus ſuperfluitatibus & a Plũbo , & decoctio-
ne pura & multa deſiccetur ab humido in Sole
decoctione & humidis pannis:& eſt pulchrius
capitulum . His qui cupiunt ſcire mirum ſuper
omne mirum de humido aquoſo frigido & ad
uſto dixit kanide,ꝙ in vno ſolo igne ſine aquæ
temperatione factæ ſunt omnes diſtillationes
& ſublimationes & calcinationes & rubificatio-
nes & mortes ipſius Mercurii , & tunc facta eſt
amicitia inter ipſum & ignem, & currit vt oleũ
in vno ictu , quia oleum eſt ingreſſiuum pene-
tratiuum & aggregatiuum permixtiuum , coa-
gulatiuum,perſeueratiuum(vincit enim omnẽ
rem ſubtilem & omnẽ rem ſolidam penetrat)
coniunctiuum,permanſiuum,depuratiuum,&

dicitur oleum viuum, color viuus & rectifica-
tiuus, & omnes mortuos reſurgere facit, Et eſt
fermentum ſuper omne fermentum, & ſemet-
ipſum impregnat, & ſeipſum parit. Vnde om-
nes qui quærunt hanc ſcientiam, ſcire oportet
omnia quomodo eſt, & quomodo non eſt, &
quomodo fieri põt, & ſi fallunt quomodo emen
dare poſſunt, & poſt omnia ſcire oportet ea
quæ circa opus ſunt neceſſaria, & probationes
claras & manifeſtas. Et hæc eſt prima omnium
probationum .ſ. ut quando iam eſt finis & termi
nus ſecundus, ponatur de ipſo aliquantulũ ſup
ferrum candens, ſi fluat ſicut cera, & non faciat
fumum, nec ſtrepitum, ſed currat per omnia, &
tingat laminam ferream, uel æream, vel argen-
team & figat ſe cum illis, & non timeat ignem,
nec per ignem minuatur, nec a metallis ſe-
paretur unq̃, tunc perfectum eſt. & hæc eſt
vera probatio ſuper omnes probationes. Si au-
tem hæc ſigna non fecerit, reduc ad ignem do-
nec ita fuerit, & he probationes omnes fieri de

bent inter primam & ſecundam ſolutionem & cõgelationem. Et poſt hoc ſciendum eſt de eis quæ coniunguntur cum mortuo, & iſtæ cõiunctiones & color zafferanicus ferri euidenti, & color vitrioli, & flos æris, quod eſt venenũ Mercurii. & calx ſalis, & aqua Mercurii laborata vt non fugiat ab igne, & eſt aqua viua & permanens, & eſt ſpiritus rectificatiuus & ſal antiquus armoniacus, & hæc omnia ſint quælibet per ſe ſoluta in aquã. Et poſt hæc omnia miſce, & ad ignem lentum cõgela, & factum eſt ita corpus viuum. Et hoc corpus poſtea reſolutum eſt in aquam, & ſic fit commixtio.

Omnes Philoſophi' Perſæ congregati fuerunt in vno loco in montaneis partibus & erat locus ſecretus odoriferus, & inter illos multi multis modis dixerunt ex tincturis quæ tingunt metalla, & mutãt in Solem altum & præcioſum. & ille modus tincturæ qui eſt præcioſior in ſuperficie omnium tincturarum, hic eſt qui manifeſtatus eſt inter eos per diuinam gratiam. ſcilicet ꝙ

duę particulæ comprehendant totum opus Al-chimiæ, & prima particula ſufficit in pondus mollities. Secunda multiplicat primam in aliis mille millibus ponderum in Solem pręcioſum per gratiam dei, Hoc autem ita fit, vt cum artifi cioſa canna ferrea proijciatur hæc Alchimia ſu per duram aquam & liquidam in igne, & eſt quædam aqua alba, & alia ſubalba & mollis, & cito diffunditur ab igne, & currit, & filia eſt ru-bea & dura, & oleum tincturarum, de quos nos dicimus ſic eſt, & penetrat omnes iſtas aquas, ſubintrando facit unam amicitiam cum illis, & vnitatem citrinatam, ab igne non ſeparatur nec minuitur in eternum. Præterea reminiſcamini quod ſuperius dictũ eſt. ſ. ꝙ primus terminus mortificat frigiditatem & humiditatẽ inter tot & quot terminos rubiſicat, ſecundus terminus complet mortem primi mortui, & augmentat rubedinem, & facit maſſam ſcaliginoſam, & pi neatam ſicut fructus pini lucidam fulgentem ut folia Auri, & ſpargit ſe, & tingit ſicut debet ad

citrinitatem/hæc eſt rectificatio Mercurii quod eſt oleum fixum ſubtiliatiuum quod rectificat omnia metalla corrupta, & ducit ea ad ſanitatẽ, & ad naturam meliorem, & hoc mortuum, ita probatur mortuum: poſt hæc datur ei fermentum fermentatum æqualiter ab omnibus naturis, de quo dicemus quod eſt primum fermentum.i.ſecundum a primo, & primum retinaculum. Poſtea datur ſecundum a ſecundo.ſ.retinaculum viridis in ampulla ſoluti, poſt hæc flos æris, quod eſt venenum, & aqua Saffaranica, & aqua Salis armoniaci, & aqua antiqua, quæ aqua eſt reſolutiua omnium corporum & omnium ſpirituum, & eſt congelatiua eorundem. Recordemur ſiquidem inſtrumẽtorum in quibus debent fieri omnes decoctiones operũ Alchimię, & iſtius quæ eſt prima, & eſt naturalis, quæ demõſtrat omnes operationes Alchimiæ, quæ ſunt Septẽ, & hæc eſt illa quæ demonſtrat omnes diſtillationes & ſublimationes, & oẽs calcinationes & reſolutiones, & congelationes

& mortificationes ſecundum modũ artis ignis. In arte quidem Alchimiæ eſt vna ars quæ laborat quinq; ignibus. Quorũ primus eſt albus, Secundus ialdus. Tertius uiridis. Quartus rubicũdus ſicut rubinus. Quintus uero complet totuȝ opus athanor ſeptẽ diebus & noctibus, & ita videtur inſpiraſſe a principio ſeptẽ dierum, donec cõgeletur in fundo, & videtur quaſi nigrũ, rubicundum propter plenitudinẽ illius rubicũdi coloris, & iſta eſt firmiſſima operatio Alchimiæ repugnans cõtra ignem, & contra oẽs examinationes, & hoc eſt opus illius coloris qui extrahitur de phaulet vel endanicum interius eſt totus Mercurius, & eſt cruſta phaulet, & de iſto Mercurio poteſt fieri perfectũ opus Alchimię, & dico ꝙ omnia Metalla interius ſunt Sol & Luna ſecundum omnes qui nouerunt hanc artem, & de hoc phaulet poteſt fieri zafferanum qui eſt color phaulet ad tingendum in Solẽ.

Impreſſum Romæ per Marcellũ Silber.

## Fauſtus Sabæus ad Lectorem.

Fœmina/vir/neutrũ,ſibimet pr̃,atq; creatrix,
Et ſe concipiens,ſe quoq; parturiens.
His latitat chartis,q̃uis plus ſplendeat aſtro,
Mole ſua & q̃uis Centimanum ſuperet.
Nominibus cũctis,cũctiſq; coloribus aptus,
Sicca,& lympha fluẽs/Rex/geta/flãma/lapis
Qui moriens aliis vitam parit,atq; ſalutem,
Dũ pius eſt nobis,impius ille ſibi eſt.
Enſem,ignẽ,vt martyr patitur,ſuſpẽſus ab alto
Aere viuus adhuc clauditur in tumulo.
Martyrio tandẽ ſurgit diademate fulgens,
Multo q̃ fuerat fortior/& melior.
Tunc Regũ efficitur victor,domitorq; Deorũ,
Et pacẽ,& bellum continet ipſe manu.
Nil mirũ eſt igitur,ſi toto quæritur orbe,
Ille honor,ille ſalus,diuiciæ,& requies.
Et minus eſt mirum ſi ſe occulit,ac timet oẽs,
Qui modo fur fuerat/ſubdolus/atq; fugax.
Ipſæ fugæ & furti certus dare funere pœnas
Si capitur,trepidus hac ratione latet.

Finis.

# Clemens Papa. vii.

MOtu proprio &c. Cum dilecti filii Romulus Mãmacinus eccleſiæ Aretiñ Archidiaconus/& Fauſtus Sabęus clericus Brixiañ Bibliothecæ noſtræ vaticanę Cuſtodes & famili ares nr̃i cõtinui Cõmenſales,quædam Geberis & alioruꝫ philoſophoꝝ degeneratiõe & tranſmutatione metallornm opera,alias mendoſiſſime impreſſa,diuerſis exemplaribus collatis(ut accepimus)emendauerint:ac de licentia Magiſtri noſtri ſacri Palatii ſuis expenſis nuper ĩmprimi curauerint: cupiantq; tam in naturali philoſophia/q̃ in ſacra theologia,& aliis facultatibus,opera cõplura/orthodoxæ fidei minime repugnantia:propediẽ ad publicam edere ſtudioſorum utilitatem.Nos dãno & iacturæ,qua facile affici poſſent,ſi eadẽ opera ab aliis ſimiliter imprimerentur/occurrre volẽtes.Omnibus & ſingulis cuiuſcunq; gradus/ordinis & conditionis exiſtant,ſub excõis latæ ſententiæ, a qua niſi a nobis& ſucceſſoribus noſtris Romañ Põtificibus( præterq̃ in articulo mortis)abſolui

nequeant:amiſſionis librorum/ac Quingento-
rum Ducatorum auri pro medietate Cameræ
Apoſtoiicæ dictiſq; Romulo & Fauſto æque
applicandorum penis/eo ipſo incurrendis: prę
ſentium tenore(quarum ſolam volumus ſigna
turam ſufficere)diſtrictiꝰ inhibemus : ne abſq;
expreſſa eorundem Romuli & Fauſti licentia,
in ſcriptis tradita:tam opera ipſa hactenus im-
preſſa/ q̃ alia q̃cunq; eorũ cura & impenſis im-
poſterũ imprimẽda/ neq; in parte/neq; in toto
per Decẽnium proxime futurum: ullis in locis
imprimere/aut impreſſa uenũdare quoquo mõ
pręſumant. Mandantes propterea uniuerſis &
ſingulis venerabilibus fratribus noſtris & apo-
ſtolicæ ſedis Legatis,Patriarchis, Archiepiſco-
pis,Epiſcopis,almę Vrbis Gubernatori/& apo
ſtolicæ Cameræ Auditori/ac dilectis filiis Ab-
batibus/Commendatariis/Præpoſitis/Archipſ-
biteris/Decanis/Archidiaconis/eorumq; Vica-
riis/& aliis perſonis in dignitate eccleſiaſtica cõ
ſtitutis/vt præmiſſa faciant ab omnibus inuio-


GEBERI
ALCHEMIA
MERLINI
ALLEGORIA
ROMÆ
M. SILBER
S. A.





